

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

1418

DA BOY

No: 2702.



M Fischer fecit

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

RVDIMENTA

ARTIS DIALECTICÆ,

DOCT: PAVLI AB EITZEN HAMburgenſis.



VVITEBERGÆ

TYPIS IOHANNIS SCHVVERTELII,

ANNO M. D. LXXIIII.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Ideo difficultes harum artes intelligeba
tur quia authores incerta multa & fortuita in
illis collocaverint quaedam aliena permiscuerint
multa improprie per tautologiam repetiverint
quae sunt vel humani ingenii & primae observatio
nis infirmitas, vel ipsa fantasia rerum à multis
observatarum confusio, vel denique consuetudinis
error: tamen hanc viam omnes secuti sunt
quam tradit Ramus ut à generalibus semper
ad singularia contenderint, quamvis non usque
quaque recta ingressi sint aliqui existerunt.

Nota Topos graece τόπος, locum
latine significat inde Topicus graece
τοπικός localis unde Aristo: libros &
Cicero libros suos, quos de inventione
argumentorum conscripserunt, Topica
appellarunt, quod ex iis doceatur quem
admodum ex certis locis argumentationum
autor Cice: Trebatii lib: 7 instituti
topica Aristotelica conscriberi Hinc
topice topices graece τοπική ars ipsa
sive logices ipsa pars inveniendorum
argumentorum [illegible] in Topi: inveni
und vero artem quae topice dicitur
quae ad usum potior erat, & ordine
naturae certe prior, totum reliquerunt
Hinc Toparcha graece τοπάρχης
qui alicujus regionis vel loci curam
administrat. Toparchia .i. territorium
Topographia graece τοπογραφία .i.
loci descriptio.

NOBILITATE ANTIQVÆ FAMILIÆ HEROICÆ, AC INDOLIS VIRTVTVMQVE

præſtantia excellentibus filijs duorum Nobiliſsimorum inclytorumq́ Heroum ac fratrum, Domini Henrici Rantzouij, vicarij ſereniſsimi Regis Daniæ & Noruegiæ &c. in Ducatibus: Et Domini Pauli Rantzouij Conſiliarij Illuſtriſsimi Principis Adolphi Sleſ: & Holſatiæ Ducis &c. Dominorum & patronorum ſuorum reuerenter colendorum.

SEMPER ITA ſenſerunt Sapientes, in Heroicis familijs vim naturæ præſtantiorem eſſe quàm in reli-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

reliqua multitudine. Et Plutarchus eos, qui exiſtimant generis nobilitatem ad indolis præſtantiam nihil conferre, non tantùm exemplis, ſed etiam Homeri grauiſſimi autoris teſtimonio refutat, qui de Telemacho Vlyſſis filio inquit:

Inſtillata patris virtus tibi.

Significat itaq; Heroicæ naturæ ac virtutis ſemina generatione communicari liberis. Atq; hæc cauſa eſt, cur omnes gentes honeſtæ familias nobiles ſeu Heroicas ſingulari reuerentia præ alijs hominibus honorauerunt. Quemadmodum antiquus Poëta Euripides dicit:

Egregia & inſignis inter homines nota

Bona

De dialectica obseruationes & in genere de omnibus Artibus prima Caussa omnium artium Solus Deus est

Bona ſtirpe naſci, & ſucceſſus augetur
Propter nobilitatis nomen hominibus dignis.

Item:

Papè, nobili naſci patre
Quantam vim habet & autoritatem,
Quamuis enim pauper ſit, qui honeſto loco natus eſt,
Honore tamen afficitur.

Hæc Nobiliſſimi adoleſcentes & pueri ideo vobis propono, vt intuentes Heroicam familiam maiorum veſtrorum, in qua (vt iam de parentibus veſtris omnium Heroicarum virtutum ſplendore præſtantiſſimis non dicam) plerique veſtrum vidiſtis & nouiſtis auum

veſtrum Inclytum & ſtrenuum Equitem & Heroa Dominum Ioannem Rantzouium laudatæ & piæ memoriæ, qui verè fuit, non tantum veſtræ gentis, ſed totius Nobilitatis Holſaticæ lucens gemma, & quemadmodum de præſtanti Heroe dicit Poëta:

Bellator fortis & conſiliarius ſapiens.

Vt, inquam, in veſtram illam familiam Heroicam intuentes & Deo gratias agatis, qui vos ex tam ſplendida & præſtanti maiorum ſerie naſci voluit, Et ſimul etiam cogitetis, Dei eſſe voluntatem, vt omni ſtudio, diligentia, aſsiduitate, contentione, in id incumbatis, ne gentis antiquæ gloria, quæ à maioribus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

ioribus veſtris vna cum Heroica Indole ad vos eſt deriuata, in vobis deficiat |, ſed vt naturæ indoliſq; præſtantiam, Dei beneficio à parentibus acceptam excolatis atq; augeatis.

Rectè autem à Platone dicitur, cum ad præſtans ingenium ſeu indolem accedit cultus informatioq́; doctrinæ, tunc diuinum aliquid & admirabile effici. Si doctrinæ appellatione ſimul veræ pietatis doctrina comprehendatur, quam Plato ignorauit, nihil potuit dici ſapientius. Ideoq́; Nobiliſsimorum & Inclytorum parentum veſtrorum ſapientiſsimum conſilium præclara laude dignum eſt, quod veſtram educationem ita inſtituunt, vt à

puerilibus annis, ad nobilitatem indolis, doctrinam veræ pietatis, culturamq; ingeniorum in ſtudijs artium bonarum, quæ ad vitæ humanæ ſocietatem & gubernationem vtiles ſunt & neceſſariæ, adiungatis.

Extat Theocriti carmen, in quo Herculis magiſtros ſeu præceptores recenſet, eo procul dubio conſilio, vt illuſtri iſto exemplo moueantur Heroes, ne filiorum educationem ea in parte negligant, quæ ad veram gloriam præclarum ornamentum, & ad eum Heroicæ nobilitatis fructum, qui in virtutum conſiliorumq; communicatione conſiſtit, emolumentum magnum affert.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Scribitur etiam de Hercule quod adeo delectatus fuerit artium cognitione, vt inter maximos labores Heroicos, ad vltimam vſq; ſenectutem in ſtudijs earum perſeuerauerit, Et ſenex audierit Atlantem, proponentem doctrinam de cœli ac ſyderum motibus.

Exiſtimo quoq; idem cum Theocrito ſpectaſſe Homerum Poëtam ſapientiſsimum in Achillis deſcriptione, cui non obſcuræ ſignificationes præclaræ eruditionis inſertæ ſunt. Fingit eum Homerus ludentem cythara laudes clarorum principum decantaſſe, & clypeum geſſiſſe, in quo depicta ſunt cæli & elementorũ ſeries, atq; aſtrorum imagines. Talis deſcriptio minimè fu-

iſſet decoro, niſi Achilles doctrina artium fuiſſet excultus.

Hæc exempla vos quoq; Nobiliſsimi adoleſcentes & pueri intueri debetis, vt & rationes conſiliorum paternorum intelligatis, & conſideratione talium exemplorum, quale etiam domi cernitis, voſmetipſos ad alacritatem ſtudendi diſcendiq; excitetis.

Quam ad rem, vt quantum poſſum operæ conferam, dedico & commendo vobis artis Dialecticæ exercitium, quod ſpero vobis in hac ætate ad comparandam ſolidã eruditionem vtile eſſe futurum, Namq; eo in opere mihi illud fuit propoſitum, vt præcepta Dialecticæ rudi, quod aiunt, Minerua quàm

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

ſimpliciſsimè explicarem exemplis, quæ ex illis artibus atq; doctrinis ſumpſi, in quibus Iuuentus quotidiè verſatur, vt ea ratione iuuentus vno labore & ipſa præcepta diſcat, & eorum accommodationem ad vſum in alijs artibus cernat.

Etſi autem ſic exiſtimo, hanc artem, vt alias multas, ita eſſe traditam & illuſtratam à Reuerendo & clariſsimo viro ſanctæ memoriæ Domino Philippo Melanthone, quem omnes viri boni in ſcholis Germanicis ſuum Præceptorem reuerenter agnoſcunt, vt ad artis perfectionem nihil addi poſsit, tamen cum ita omnibus ætatibus ſapientes iudicauerint, artium repetitiones cum exercitiorum varietate pro-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

te prodeſſe, idcirco ſpero viros do-ctos de his laboribus meis non ini-què iudicaturos eſſe. Ego qui-dem laboribus ſcholaſticis, in qui-bus cum eſſem iuuenis, cum medio-cri diligentia ſum verſatus, admo-dum delector, Ideoq; præter concio-nandi munus, aliasq; occupationes, quas officij ratio affert, non me pi-get tædetue ſingulis ſeptimanis decies & ſexies in Schola noſtra publica ſtudioſis prælegere tum Theologica tum Philoſophica, & inprimis Ethica & Hiſtorica, quibus lectionibus quaſi recreatio-nis gratia intermiſceo binis horis Dialectica exercitia. Et qui-dem ſingulis annis Erotemata Do-mini Philippi Præceptoris ſoleo
abſol-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

abſoluere, niſi quod anno præterito hoc quaſi compendium adiunxi, & nunc ad Erotemata redij. Faxit benignus Deus, vt hi labores & mei & collegarum meorum, virorum doctiſsimorum in omnibus ſcientijs & artibus, qui in ſuo quiſq; officio eam præſtant diligentiam & fidem, vt ſtudioſi noſtri de nullius negligentia poſsint conqueri, ſint ipſi grati, Eccleſiæq; & Reip: vtiles.

Vos vero Nobiliſsimi adoleſcentes & pueri etiam atq; etiam moneo & hortor, vt Dialecticæ ſtudium non negligatis, quam à Stoicis Philoſophis tanti eſſe factam teſtatur Cicero, vt ei inter virtutes locum attribuerint, proterea

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

pterea quòd habeat rationem ne
cui falſo aſſentiamur , néue vn-
quam captioſa probabilitate falla-
mur , eaq; quæ de bonis & malis
dicamus , tenere tueriq; poſsimus.
Apud Platonem adoleſcens ad al-
tiora doctrinarum ſtudia aſpirans
ſine Dialectices cognitione gra-
uiſsima oratione admonetur , vt in
Dialecticæ ſtudio ſe aliquandiu
contineat, propterea quod ſine eius
ſcientia veritatem non ſit inuentu-
rus in alijs artibus , Eam admoni-
tionem etiam ad vos , Nobiliſsimi
adoleſcentes & pueri , atq; ad ſtu-
dioſam iuuentutem repeto , Vobiſq;
iterum atq; iterum Dialectices ſtu-
dium commendo, quæ & veritatis
inueniendæ in alijs doctrinis eſt
Magi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Magiſtra, & omnium aliarum artium Organon eſt atq; Methodus.

Quod autem Nobiliſsimi adoleſcentes & pueri ſimul vobis vnicum hunc libellum dedico, ea eſt cauſa, vt hæc dedicatio ſit ad omnes exteros teſtimonium illuſtre de parentum veſtrorum Inclytorum & Nobiliſsimorum verè fraterna dilectione, concordia, amicitia & coniunctione, quæ toti patriæ in gubernatione eſt ſalutaris, & vos quoq; de perpetua conſeruatione eius amicitiæ, concordiæ, coniunctionis, & vt Scriptura loquitur, conglutinationis animarum admoneat.

Omnipo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Volunt peripatetici nonnulli Dialecticam esse artem probabiliter disserendi

Illa particula probabiliter, aut rationem praeceptorum attingit quorum ductu disseritur aut res subjectas notat in quibus praecepta Dialectica exercentur. Quod si de praeceptis intelligatur, & iudicetur Dialecticam praeceptis duntaxat probabilibus uti in disserendo, illico appareat singulare sophisma. Nam omnia Dialectices praecepta sunt & esse debent, perpetuae ac necessariae veritatis, secus falsitas in artem admittetur. Quae vero sunt contingentia & probabilia duntaxat, eorum natura ita comparata est ut hodie vera, cras falsa esse possint & parte una veritatem, parte alia falsitatem complectatur.

EPISTOLA DEDIC.

Omnipotens & benignus Deus veſtros inclytos nobiliſſimoſq; parentes, & vos ſua gratia & ſancto Spiritu regat, gubernet, clementerq; protegat & ſeruet. Bene valete: Ex publica ſchola Sleſuicenſi menſe Iunio, Anno 1570.

PAVLVS ab Eitzen artium & Theologiæ Doctor.

Sin autem significetur Dialecticam esse artem de rebus solummodo probabilibus disserendi, privatur ista Dialectica patrimonii sui amplissimis partibus, nam facultate naturalis rationis, cujus imaginem refert Dialectica possunt res universae tam necessariae quam probabiles tam fictae quam reipsa existentes intelligi disputari & explicari. Quid igitur impedit cur non facultate artis dialecticae in qua omnes ~~facultates~~ et vires humanae rationis velut in imagine depinguntur, possint omnia quaecunque sunt sive probabilia, sive necessaria sive vera sive ficta tractari & declarari?

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

PRIMVS LIBER DIALECTICÆ.

EA PHILOSOPHIÆ pars, quæ Logica appellatur, tres artes complectitur: Grammaticam, Dialecticam, & Rhetoricam, quæ vocantur artes dicendi, & Manus ac Organon aliarum doctrinarum, propterea quod ſine his nihil effici in alijs artibus poteſt, neq; ſine his illæ ad vſum rectè conferri poſſunt.

GRAMMATICA fundamentum proprij ſermonis ponit.

DIALECTICA ædificium conſtruit.

RHETORICA ornatum & elegantiam addit.

Definitio Dialecticæ.

Rectè autem definitur Dialectica, quod ſit ars rectè, ordinè & perſpicuè docēdi. Quæ definitio oſtendit eam omnium aliarum artium lucem eſſe, & inter artes eſſe, ſicut Sol eſt in mundo, quia deſtituti Dialectica, verſantur in artibus tanquā cæci inter colores ſeu in amplo ædificio, nihilq; de illis rectè intelligere vel diſcere, vel etiā docere poſſunt.

Definitio Hiſpani.

Quamobrem Petrus Hiſpanus, vt Dialecticæ excellentiam deſcriberet, dixit, eam eſſe artem artium, ſcientiam ſcienti-

arum, quæ in omnibus doctrinis monſtrat viam & methodum docendi & diſcendi. Non poteſt excellẽtiori Encomio cõmendari adoleſcentibus Dialectica, quam eſt admonitio Socratis apud Platonẽ ad adoleſcentem ad altiores diſciplinas aſpirantem: Pulcherrimus (inquit) eſt profectò impetus tuus, quo incitaris ad optimas artes: Sed retrahe te, & magis te in Dialectica exerce dum iuuenis es, id niſi feceris, veritas te effugiet. Et dignum memoria eſt, quod Cicero ſcribit Dialecticam à Stoicis inter virtutes numeratam eſſe, quod habeat rationem, ne cui falſo aſſentiamur, neue vnquam captioſa probabilitate fallamur, eaq; quæ de bonis & malis diceremus tenere tuerique poſſimus.

Dialectica eſt donum Dei.

Diſputant Philoſophi de inuentore Dialecticæ: Sed ſciendũ eſt, eam donum Dei eſſe, ſiquidem primæ notiones huius artis diuinitus ſunt humanæ animæ inditæ. Inuentio itaq; Dialecticæ ad Deum referatur. Cultura & perpolitio, quæ in præceptis traditur ab hominibus ingenioſis, ex noticijs naturalibus extructa eſt. Itaq; ſapienter & rectè dictum eſt à Iamblicho: Reuera Deus fuit, qui Dialecticam hominibus monſtrauit, & cœlitus demiſit, omnes enim homines diſputatione vtuntur, inſitam hanc facultatem habentes, quanquam alij magis, alij minus,

Dei donum esse Dialecticam testatur atque convincit Plato in Philebo pagi. 156 Dei donum est & immenso beneficio hominibus concessum Dialectica, inquit. Nam a Deo ad homines per Prometheum quendam cum lucidissimo igniculo translata est.

nus eius participes ſunt, quamobrem Dei munus, haud quaquam negligendum, ſed meditatione, arte & experientia confirmandum eſt.

Ramus De materia

Dialecticae materia [illegible] ſunt praecepta notionis inveniendi & dijudicandi complectentia

DE OBIECTO DIALECTICES.

Logicæ commune obiectum eſt, res ſeu materia quælibet, de qua dicendum eſt, aut de qua auditor eſt docendus.

Forma vero universa artis est ipsa methodus

GRAMMATICA proprium ſermonem & perſpicuum, ad rerum explicationem ſuppeditat.

DIALECTICA ordinem docendi & diſcendi monſtrat.

RHETORICA addit ornatum elocutionis: Seu:

GRAMMATICA dicit.
DIALECTICA docet.
RHETORICA mouet.

Quod autem Dialectica universalis dicitur sive generalis non id quidem materiae respectu fit nam non omnium artium sed suam tantum materiam suis finibus determinatam complexus est

Vſitatê autem obiectum Dialecticæ, vocatur quæſtio, id eſt, ſiue vox, ſiue oratio, quæ ſignificat rem, de qua auditor eſt docendus aut perſuadendus.

QVAESTIONIS DIuiſio.

Omnis dubitatio aut eſt de vna voce ſeu re, ſiue illa vno vocabulo, ſiue pluribus ſignificetur:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

cetur: Aut eſt de veritate ſeu falſitate totius orationis.

Sic itaq; duplex eſt quæſtio.

Simplex, quæ quærit de vno vocabulo ſeu re ſimplici, per vnum vocabulum, aut plura ſignificata, vt: Quid ſit homo? Quid ſit virtus? Quid ſit anima rationalis?

Compoſita quæſtio eſt, quæ quærit de veritate aut falſitate integræ ſententiæ ſeu orationis, vt, An Angelus ſit creatura Dei? An virtus ſit finis hominis? De Hac libro 2

Quid eſt virtus? *Quid eſt finis hominis?*	*Simplices quæſtiones ſunt.*

Compoſitæ:

An anima ſit immortalis?

An Milo iuſtè interfecerit Clodium?

Porro ſimplex quæſtio in Dialectica explicatur ratione Methodi, cuius decem ſunt artificiales quæſtiones, quæ de ijs rebus, quæ in Methodica explicatione ordine ſunt inueſtigandæ, admonet, nimirum:

Quando oblatum fuerit simplex vocabulum. Nota quaestio haec an sit non adhibenda est nisi rei docendae natura sive existentia a conspectu nostro esset remotior vel auditoribus dubia et ignota alias [illegible] [illegible] [illegible]

I. *Quid vocabulum ſignificet?*

II. *An ſit, hoc eſt, an res ſignificata ſit aliquid vel nihil ſit? Quia de eo quod non eſt, nulla eſt doctrina, aut dicendi ſeu diſcendi vtilitas.*

Quid

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

III. *Quid ſit.*
IIII. *Quæ ſint partes.*
V. *Quæ ſint ſpecies.*
VI. *Quæ ſint cauſæ.*
VII. *Qui ſint effectus.*
VIII. *Quæ ſint adiacentia.*
IX *Quæ ſint cognata.*
X. *Quæ ſint pugnantia.*

Summariè autem dicitur ſimplices quæſtiones explicari per definitiones & diuiſiones.

Coniunctæ quæſtiones primum reſoluuntur in ſimplices quæſtiones, ex quibus conſtant, vt per earum examen Methodicum rectè intelligantur & ſimul innoteſcat, an ſit de ijs diſputandum, an vero prorſus ſint reijciendæ, poſtea tractantur per rationem argumentandi, & argumenta refutandi, Vt:

An virtus ſit finis hominis.
Quid ſignificet virtus.
An ſit virtus.
An ſit finis hominis.
Quid ſit virtus.
Quid ſit finis hominis.

DE OFFICIO DIAlecticæ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Dialectici officium proprium eſt docere. In docendo autẽ duplex finis ſpectatur. Vnus, vt auditor rem intelligat, quod efficitur definitione & diuiſione, ſeu potius tota ratione Methodi.

Alter finis eſt, vt auditor credat, quod efficitur per argumentationem, & obiectorum ſolutionem ſeu refutationem.

DE METHODO.

Methodus propriè ſignificat rectam & compendiariam viam, Ein Richtſteig.

Sed Dialectica Methodus, vocatur ſcientia ſeu ars, recta via & ordine explicandi quæſtiones ſiue ſimplices, ſiue etiam compoſitas, quæ vt dictum eſt, in ſimplices reſoluuntur, Vt cum de quæſtione compoſita dicendum eſt: An Cometa ſit ſtella? non poteſt rectè doceri auditor, niſi prius fiat reſolutio in ſimplices quæſtiones: Quid ſit Cometa? & quid ſit ſtella? Sic hæc compoſita quæſtio. An virtus ſit finis hominis? Item, hæc quæſtio: An Milo vſus ſit defenſione inculpatæ tutelæ.

DE PRIMA QVAESTIONE Methodi.

Prima

Hac Methodi quæstio vocatur à Ramo notatio quæ nihil aliud est quam nominis interpretatio.

Prima quæſtio Methodi quærit, Quid vocabulum aut phraſis in ſermone propoſito ſignificet? Hæc quæſtio propriè eſt Grammatica. Nam Grammatica cuiuslibet linguæ, ex qua voces aut ſermones ſumptæ ſunt, oſtendit, quæ ſit earum ſignificatio in ſermone qui proponitur, ſiue illa ſignificatio ſit ſecundum Grammaticam propria vel figurata, ~~ea itaq; ſignificatio vocum & phraſium à Dialecticis vocatur definitio nominis, id eſt, expoſitio vocabuli aut phraſis in~~ ſermone. Vt autem neceſſe eſt in omni collatione ſeu diſputatione primò ſermonem rectè intelligi, ita hanc quæſtionem omnium primam eſſe, res ipſa docet: De qua quæſtione etiam admonent Iureconſultorum regulæ, quæ etiam ad alias artes accommodandæ ſunt: Vt:

Definitio nominis est qua vel nomen interpretamur vel quid res sit exponimus

Verba propriè intelligenda ſunt.

Item, Verba intelligenda ſunt ſecundum communem vſum loquendi.

Item, Verba debent accipi in perfecto ſenſu. Item nota verba in definitionibus posita potentiam sæpe non actum intelligunt

Item, Scire leges non eſt verba earum, ſed vim & poteſtatem tenere.

Item. Incertitudo viciat actum, vt ſi quis teſtamentum nō rectè intellectum exequitur errat in executione: Sed quia multa vocabula ac phraſes, plures quàm vnam ſignificationem ha-

i. ignorantia sæpe vitiat actum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

bent, vel ſine figura vel figuratè. Ideo etiam hæc quæſtio admonet ſemper inueſtigandam eſſe in quolibet ſermone vnam certam ſignificationem vocabulorum aut phraſium ſermoni propoſito congruentem.

Pertinet itaq; ad hanc quæſtionem doctrina de figuris, & Dialectica doctrina de prima forma diuiſionis, quæ eſt vocabuli ambigui ſeu plura ſignificantis diſtinctio in ſignificata, vt cum dico: Lupus vorauit ouem, vocabulum propriè ponitur, Cum dico, Tyrannus eſt lupus, ponitur Metaphoricè. Item, Canis ſignificat animal & ſydus cœleſte. Manus ſignificat membrum hominis, & ſignificat multitudinem.

FIDES ſignificat conſtantiam ſeu veritatem dictorum, & ſignificat fiduciam promiſſionis diuinæ.

IVSTICIA ſignificat iuſticiam Philoſophicam, Legalem, & Euangelicam. Sic in phraſium ſignificatione ſæpe magna eſt varietas, ex qua varietate ſignificationum in quolibet ſermone ſemper vna ſignificatio inquirenda eſt & conſtituenda. Nam de ambiguis & æquiuocis indiſtinctis diſſerere & diſputare magna eſt ſtultitia.

DE

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

DE SECVNDA QVAEſtione.

Secunda Quæſtio Methodi eſt, An ſit res ſignificata, de qua dicendi aut diſputandi ſermo inſtituitur. Vt enim ſtulticia eſt dicere aut diſputare de non intellectis, ita etiam non minor eſt ſtulticia de non exiſtentibus, ſeu de illis, quæ non ſunt dicere vel diſputare. Quamobrem poſt ſermonis intellectum mox conſiderari debet, An res ſit, vel non ſit? Si enim res non eſt, etiam diſſerendi ſeu diſputandi labor inutilis eſt, & rectè reijcitur quæſtio, qua de illo, quod non eſt, quæritur. Ideo Iureconſulti ſolent dicere: Non entis nullæ ſunt qualitates. Item, Verba ſuperflua penitus ſunt reijcienda: Quid enim verbis opus eſt, quæ rerum effectus nullus ſequitur: Quarum regularum magnus vſus eſt non tantum in Iure, ſed etiam in alijs artibus & diſputationibus. Vt ſi Theologo proponatur quæſtio de purgatorio vbi ſit, aut de liberatione animarum ex purgatorio? ille rectè reijcit tales quæſtiones, propterea quod purgatorium non eſt.

Item, Si proponatur quæſtio, Cuius naturæ ſit cœlum cryſtallinum, An aqueæ vel cœleſtis naturæ ſit? Item, Cuius naturæ ſit paradiſus in

aëre, Vtrum ſit terreſtris naturæ: an cœleſtis: Rectè reſpondetur, Nõ entis nullæ ſunt qualitates. Item. Si Iureconſulto proponatur quæſtio, Cuius ſit Vtopia regio, ſit ne Imperatoris Romani aut Turcici? &c. Rectè reijcit ille quæſtionem, quia Vtopia non eſt, & non entis nullæ ſunt qualitates.

Item, Si proponatur quæſtio, cuius ſit hæreditas hominis viui, reijcitur quæſtio per regulam: Non entis nullæ ſunt qualitates. Nulla autem eſt hæreditas viuentis, ſed mortui.

Sciendum tamen eſt, quod cum in artibus ficta exempla proponuntur, ſicut Iureconſulti ſeu medici caſus fingũt, de quibus docẽdi gratia diſputãt aut diſcunt. Tunc non proponitur quæſtio de nihilo, quia ipſa ſimilitudo in ficto caſu habetur tunc pro re eius, quod aut fuit vel factum eſt, vel eſſe aut fieri poteſt. Ita propter talem fictionem exempli vel caſus non eſt reijcienda quæſtio, ſed explicanda eſt propter regulam. De ſimilibus idem eſt iudicium: Sic de Titio & Sempronio ficto & verè exiſtente in eodem caſu ſeu exemplo ſimile eſt iudicium propter ſimilitudinem.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

DE TERTIA QVAEſtione.

Tertia quæſtio Methodi, Quid ſit? iubet conſiderare ipſam rem, hoc eſt, quid rei ſit illud, de quo quæritur ſeu dici aut diſputari debet: Vt, in doctrina de anima. Primò inueſtigatur ſignificatio vocis, qua inueſtigata quæritur, An ſit anima: & poſtquam declaratum eſt, animam eſſe ſeu exiſtere, & non eſſe inane tantum nomen ſicut Sphinx aut cerberus inania nomina ſunt, quæ nullas res ſignificant, tunc tertio inueſtigandum & declarandū eſt, Quid rei ſit, ſeu quæ res ſit anima? Hæc itaq; quæſtio poſtulat, vt definitiones rerum inquirantur & conficiantur. Definitio enim rei, eſt oratio, quæ quid res ſit, exponit, & tanquam ipſam rem proprijs & ſignificantibus verbis depictam, ſeu deſcriptam ob oculos ponit. Eſtq; omnis diſputationis, de quacunq; re fundamentum. Suntq; definitionum Dialecticarum quatuor formæ.

Alia dicitur Eſſentialis, quæ conſtat genere & differentia ſpecifica, ſeu, ſubſtantiarum, ſiue accidentium.

Alia eſt Cauſalis, quæ conſtat genere & differentia collecta ex cauſis.

Alia eſt definitio collecta ex partibus, ſeu

ſpecie-

ſpeciebus, quæ conſtat genere & coaceruatione partium & ſpecierum loco differentiæ.

Alia eſt collecta ex accidentibus, quæ conſtat genere & differentia collecta ex accidentium coaceruatione.

DE PRAEDICAMENTIS ET Prædicabilibus.

Sicut in Grammatica omnia vocabula diſtinguuntur in octo claſſes, quæ vocantur octo partes orationis, & in qualibet claſſe rurſum fiunt diſtinctiones accidentium, ſecundum quæ voces in ſermone congruo componuntur: Ita in Dialectica omnia vocabula, & res per vocabula ſignificatæ, diſtinguuntur in decem claſſes, quæ vocantur decem prædicamenta. Et in prædicamentis rurſum fiunt diſtinctiones graduum, per quinque prædicabilia, ſecundum quæ componuntur voces in definitionibus aut propoſitionibus Dialecticis. Itaque ante doctrinam definitionum & propoſitionum neceſſariò traditur doctrina prædicamentorum et prædicabilium. Quanquam autem pro iunioribus, retinendus eſt ordo, vt prædicabilia prius tradantur: tamen doctiores debent ordinem conſiderare, qui cum ipſa rerum natura congruit.

Prim-

Principio omne quod eſt, aut eſt ENS ſeu res proprium eſſe habens, aut non eſt ENS, ſeu res proprium eſſe habens, ſed aliquid in ſubſtantia hærens aut ſubſtantiæ adiacens.

Cicero *Homo* *Bos* *Equus*	*Res habentes eſſe proprium, quia ſunt ſubſtantiæ per ſe.*

Iuſtitia *Ars* *Auditus* *Ambulatio*	*Non exiſtentia per ſe. ſed hærentia in ſubſtantijs.*

Ideo Ariſtoteles ENS ſeu omne quod eſt, in duo diſtinxit, videlicet ſubſtantiam & accidens, de qua diſtinctione ſolet recitari hoc diſtichon:

Summus Ariſtoteles trutinando cacumina rerum,
In duo diuiſit, quicquid in orbe fuit.

Subſtantiæ omnes proprium eſſe habent, ideo etſi earum multæ ſunt differentiæ: Tamen ratione ſubſtantiæ omnes ad vnam claſſem ſeu primum prædicamentum referuntur.

Accidentia vero omnia non eodem modo in ſubſtantijs hærent, vel ſubſtantijs adiacent, ideo eorum varietatem nouem claſſibus ſeu ordinibus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

dinibus ſeu prædicamentis Ariſtoteles diſtinxit propter diuerſas rationes inhærentiæ ſeu adhærentiæ. Atq; hæc ratio eſt, Cur decem prædicamenta à Dialecticis tradantur vnum ſubſtantiarum & nouem accidentium, quæ hoc ordine recitantur.

I. Subſtantia. II. Quantitas. III. Qualitas. IIII. Relatio. V. Actio. VI. Paßio. VII. Vbi. VIII. Quando. IX. Situs. X. Habitus.

Diuerſitatem autem rationis in accidentibus, moneat ſubiecta figura:

Cicero eſt	Longus. Doctus. Pater. Loquitur. Mittitur in exilium. Romæ. Tempore Iulij Cæſaris. Togatus aut prætextatus.	Hæc inſunt ſeu adhærent Ciceroni diuerſis rationibus.

Vocantur autem hæ decem claßes omnium vocabulorum prædicamenta ſeu græce Catagoriæ, quia ſunt claſſes vocum natura cognatarum, ex quibus claßibus connexiones ſumuntur

quas

quas Dialectici vocant prædicationes, ſicut Grammatici vocum compoſitionem in ſermone vocant conſtructionem ſeu Syntaxin.

Porrò omnis connexio vocum in prædicationibus Dialecticis, Aut ſumitur ex eodẽ prædicamento, videlicet cùm vocabulum ſuperius cum inferiore eiuſdem prædicamenti & ordinis coniungitur, Vt:

Cicero eſt homo.
Homo eſt animal.
Iuſticia eſt virtus.
Virtus eſt habitus.

Aut ſumitur ex diuerſis prædicamentis, cùm voces diuerſorum prædicamentorum coniunguntur, Vt:

Socrates eſt ſapiens.
Ariſtides eſt iuſtus.
Plato diſputat.
Equus currit &c.

Vt autem conſtet, Quis ſit in vtraq; forma prædicationum, ſiue ex eodem prædicamento, ſiue ex diuerſis, connexionis ordo ſeu modus. Quid prædicabilia. *Ideo Porphyrius prædicamentis Ariſtotelis addidit doctrinam de prædicabilibus, quæ ſunt tituli, qui oſtendunt,*

Primò in ſingulis prædicamentis ordinem & cognationem vocum quæ poſſunt connecti.

Secun-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Secundo, oſtendunt affinitatem vocum, quæ ex diuerſis prædicamentis coniungi poſſunt.

Tertio oſtendunt, quæ voces ita à ſe inuicem alienæ ſint, vt non poßint coniungi in ſimplici prædicatione. Vt: Ex eodem prædicamento.

Homo	*Animal*	*Genus*
	Rationale	*Differentia.*

Ex diuerſis prædicamentis.

Homo	*Loquitur*	*Propria.*
	Ridet	
	Ambulat	
	Diſputat	*Accidentia.*
	Eſt ſapiens.	
	Eſt iuſtus	

Aliud ex eodem prædicamento.

Iuſticia eſt	*Habitus voluntatis bonus.*	*Differentia.*

Ex diuerſis.

Iuſticia	*Suum cuiq; reddit*	*Propria.*
	Nemini iniuriam facit	

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Iuſticia multis cauſa eſt periculorum: Accidens.

Eſt enim Regula. Nihil de alio dicitur ſeu prædicatur in regulari ſeu ſimplici prædicatione, quod non eſt eius prædicabile, Vt: Regula.

Homo eſt Aſinus: Non eſt prædicabile hominis.

Iuſticia eſt vitium. Non eſt iuſticiæ prædicabile.

Sunt autem quinq; prædicabilia.

I. Species.
II. Genus.
III. Differentia.
IIII. Proprium &
V. Accidens, Quorum initium ſeu fundamentum eſt indiuiduum ſeu ſingulare, quemadmodum vnitas eſt omnis numeri initium ſeu fundamentum.

Eſtq; magna ſimilitudo indiuidui & vnitatis. Sicut enim omne quod eſt, vnum eſt: Ita etiam omne quod eſt, indiuiduum eſt, quemadmodum dicit Boetius. Omne quod eſt, eo ipſo quod eſt, ſingulare eſt, Vt:

Homo	*Homo currit.*
Cicero	*Indiuiduum currit.*
Plato	*Equus trahit aratrum, id eſt, hic equus.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Et ſicut alij numeri vnitate ſuperiores nihil ſunt ſine vnitatibus, Vt duo nihil ſunt aliud niſi duæ vnitates. Decem nihil aliud ſunt, niſi decem vnitates, centum ſunt centum vnitates, mille ſunt mille vnitates. Ita etiam ſpecies & genera nihil ſunt extra indiuidua, vt ſpecies animalis quæ dicitur homo non eſt ſubſtantia, ſed tantum imaginatio aut cogitatio extra Ciceronem & Platonem &c. Extra hæc indiuidua ſpecies quæ dicitur homo, tantum eſt imago in intellectione, ideo dicitur: Ideas Platonicas ſeu ſpecies Dialecticas extra intellectionem nihil eſſe, hoc eſt, non eſſe eſſentias, vt nulla eſt ſubſtantia vniuerſalis, quæ dicitur homo aut equus. Quòd autem indiuiduum non numeratur inter prædicabila, ſicut vnitas non numeratur inter numeros, talis eſt ratio. Prædicabile eſt vox communis, quæ pluribus ſimili ratione cõuenit, quod vocant vniuocè, id eſt, nomine & definitione prædicari, Vt vox homo communis ſimili ratione conuenit Socrati & Platoni, quia vtriq; & nomen & definitio hominis conuenit ſimiliter, ſed indiuiduum etſi aliquando pluribus conuenit, ſicut nomen Iohannis, Item, Hic Homo, ille equus, iſte equus, de multis hominibus ſeu equis dici poteſt, tamen id non fit ſimili ratione, quia cum ad-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

additur voci Iohannis definitio vnius perſonæ ſignificatæ, Vt Iohannes Baptiſta filius Zachariæ, Et cum ad has voces, Hic homo, Iſte Equus, ille aſinus additur demonſtratio ſignificata ſeu deſcriptio ſingularis, tunc non ſunt voces communes ſed ſingulares, quæ vnam rem ſeu indiuiduum ſignificant.

DE SPECIE.

Species eſt nomen commune proximum indiuiduis, de quibus prædicatur ad quæſtionem: Quid eſt? Vt cum quæritur, Quid eſt Cicero? Reſpondeo, eſt homo. Quid eſt Bucephalus? Reſpondeo, eſt equus. Quid eſt Lyciſcra? eſt canis. Quid eſt hoc, ſi demonſtratur Leo? Reſpondeo, eſt Leo. Ergo hæ voces, Homo, equus, canis, leo vocantur ſpecies. Significat autem ſpecies imaginem cogitatã, quæ omnibus indiuiduis conuenit, ſicut pictura Leonis refert omnium leonum imaginem, & qui vidit aliquando Leonem, ille talem imaginem retinet in cogitatione, ſecundum quam poſtea omnes leones agnoſcit. Sic qui didicit doctrinam de iuſticia, habet in animo ſpeciem eius virtutis, ſecundum quam poſtea agnoſcit, quæ actiones ſint iuſtæ. Nam non tantum ſubſtantiarum ſunt ſpecies ſed etiam accidentium, Vt eloquen-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Q. licet Vir et mulier differunt specie accidentali scilicet [illegible] secundum sexum masculum et femininum, non tamen differunt specie essentiali de qua intelligitur definitio generis [illegible] adhuc in illo Vir et mulier plus differunt quam duo [illegible]

tiæ Demoſthenis, & eloquentiæ Ciceronis vna eſt ſpecies, ſeu Idea ſeu Imago quæ dicitur eloquentia: Iuſtiicæ Socratis, & iuſticiæ Ariſtidis, & iuſticiæ Rhadamanti vna eſt Idea ſeu ſpecies communis, quæ dicitur Iuſticia: Sic de alijs virtutibus, vitijs & ſimilibus iudicandum eſt.

Vt autem in prædicamento ſubſtantiæ ſpecies non ſunt ſubſtantiæ exiſtentes, quia nulla eſt vniuerſalis ſubſtantia, quæ dicitur homo, aut bos, aut Aſinus, ſed omnis homo exiſtens eſt indiuiduum, ſic omnis bos & aſinus exiſtens, eſt indiuiduum, Ita in alijs prædicamentis etiam ſpecies non ſunt accidentia vniuerſalia re ipſa exiſtentia in ſubiectis, ſed ſunt tantum imagines, ~~nam omne accidens quod eſt in ſubiecto, etiam ſingulare & indiuiduum eſt.~~ Ideo dicitur: In nullo homine eſt perfecta Idea alicuius artis aut virtutis.

Viri. sed duo Viri differunt numero essentiali ergo Vir et mulier differunt specie essentiali probatur consequentia illa quia plus differunt quam numero Videntur specie differre. R. nego consequentiam. quia qui plus differunt in essentialibus quam numero illa differunt specie essentiali sed de his non oportet quae plus differunt quam numero in accidentibus

Quaeritur utrum genus sit praedicabile distinctum contra alia quatuor. R. quod sit

DE GENERE.

Genus eſt nomen commune multis ſpeciebus de quibus prædicatur ad quæſtionem quid eſt, vt cùm quæritur, Quid eſt homo? Quid eſt bos? Quid eſt Leo? Quid eſt aſinus? Quid eſt equus? Reſpondeo, Eſt animal, Ergo animal eſt Genus harum ſpecierum, videlicet hominis,

quia aptum natum est praedicari de pluribus ut apparet in definitione eius ergo est praedicabile consequentia probatur per locum a definitione ad definitum. Quod sit praedicabile distinctum probatur, quia habet distinctum modum praedicandi ab aliis ut patet ex sufficientia praedicabilium quia praedicatur in quid contrahibile, sed praedicabilia distinguuntur penes diversos modos praedicandi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

nis, bouis, leonis, aſini, equi &c. Sic cum quæritur, quid eſt iuſticia? Quid eſt temperantia? Quid eſt fortitudo? Reſpondeo, eſt virtus. Ergo virtus eſt Genus harum ſpecierum, prudentiæ, iuſticiæ, temperantiæ & fortitudinis.

Vitium, Genus.

Iniuſticia, Immodeſtia, Auaritia, Luxuria &c.

Species.

Differt autem propriè genus à ſpecie: Quia generis nulla eſt certa Idea aut imago ſicut eſt ſpeciei: Quemadmodum enim nullus pictor poteſt pingere talem imaginem vnam, quæ conuenit ſimul & ſimiliter, homini, leoni, vrſo, equo, boui, cani: Ita neq; mens noſtra poteſt concipere vnam aliquam imaginem, quæ omnibus animalibus, omnibus artibus, omnibus virtutibus conueniat ſimiliter.

Generis & ſpeciei nomina ſæpè in gradibus permutantur: Ideo hæc diſtinctio addi debet:

Alia eſt ſpecies Specialiſsima ſeu infima in quolibet prædicamento, quæ eſt proxima indiuiduis, & nunquàm poteſt fieri genus.

Alia dicitur ſpecies Subalterna quæ permutato reſpectu aut ſpecies eſt, ſi ad ſuperius

genus referatur, aut eſt genus ſi referatur ad inferiores ſpecies.

Sic genus aliud eſt generaliſſimum ſeu ſummum in quolibet prædicamento, quod ſupra ſe non habet aliud genus in eo prædicamento: Aliud eſt genus ſubalternum, quod permutato reſpectu aut eſt genus, ſi referatur ad ſpecies inferiores, aut eſt ſpecies, ſi referatur ad genus ſuperius, Vt:

Subſtantia —— Genus generaliſſimum.

Corpus —— Spiritus —— ſpecies ſubalterna & genus ſubalternum.

Corpus perfectè mixtũ. —— imperfectè mixtum. —— Species ſubalterna & genus ſubalternum.

Corpus animatum —— inanimatum. —— Species & genera ſubal:

Animal.

Rationale. Irrationale.

Homo —— Leo, Equus, —— Species ſpecialiſſimæ.

Cicero, Plato —— Indiuidua.

DE

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

DE DIFFERENTIA.

Differentia eſt, quæ cum genere conſtituit certam ſpeciem, & de ſpecie prædicatur ad quæſtionem Quale, Vt quale animal eſt homo? Reſpondeo, Rationale. Qualis habitus eſt Virtus? Reſpondeo, habitus voluntatis bonus, Debebant autem differentiarum nomina ſeu vocabula ſignificare ſingularum rerum ſpecificas formas. Nam ſpecies qualibet ex genere & differentia conſtituitur, ſicut ſubſtantia ex materia & forma conſtat. Itaq; non dubium eſt in natura equi, aſini, leonis, vrſi, canis & aliorum animalium eſſe ſpecificas & eſſentiales formas, quibus ab alijs animalium ſpeciebus diſcernuntur. In natura Rutæ, Saluiæ, Abſunthij, Lauendulæ neceſſe eſt eſſe ſpecificas & eſſentiales formas quibus diſcernuntur & ab alijs herbis diſtinguuntur. In Quercu & Fago neceſſe eſt eſſe ſpecificas & eſſentiales formas, quibus diſcernuntur ab alijs arboribus. Cuius rei certum argumentum eſt diuerſitas fructuum: Quas ſpecificas formas rerum nouit Adamus ante lapſum. Sed quia nos in caligine noſtra tali perfecta rerum cognitione caremus, idcirco cogimur in definitionibus vti deſcriptionibus differentiarum, per partes, cauſas, effectus, propria & accidentia.

Differentiæ deſcribuntur per partes, cauſas & effectus.

Porro in prædicabilibus differentiæ duplices ſunt.

Generalis differentia eſt, quæ non conſtituit vnam certam ſpeciem infimam ſeu ſpecialiſsimam, ſed tantum conſtituit ſpeciem ſubalternam in ordine prædicamentorum, & eſt multis ſpeciebus communis, Vt: Differentia ſentiens addita generi, videlicet corpori animato, non conſtituit vnam certam & infimam ſpeciem, ſed ſpeciem ſubalternam, videlicet animal, ac omnibus eius ſpeciebus infimis conuenit, Vt homini, leoni, equo, aſino. Sic differentia bonus addita generi habitus voluntatis, non conſtituit vnam certam & infimam ſpeciem, ſed ſpeciem ſubalternam quæ etiam genus eſſe poteſt, videlicet virtutem, ac omnibus eius ſpeciebus infimis conuenit. Vt, Prudentiæ, Iuſticiæ, fortitudini, temperantiæ: Sed Specifica Differentia dicitur quæ addita generi conſtituit vnam certã ac infimam ſpeciem. Vt vox rationale addita animali conſtituit vnam infimam ſpeciem diſtinctam ab omnibus alijs ſpeciebus animalis, videlicet hominem: Nec conuenit alijs animalis ſpeciebus, Equo, Simiæ, Leoni &c. Sic differentia Rutæ à Dioſcoride addita voci generis herba, conſtituit vnam certam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

tam & infimam ſpeciem herbæ, quæ dicitur Ruta,nec alijs ſpeciebus conuenit, Vt:

Corpus.

Perfectè mixtum. | Differentia Generalis, quia multis ſpeciebus conuenit. | Imperfectè mixtum.

Animal, Planta, Lapis.

ALIVD.

Corpus.

Animatum, Differentia, generalis Inanimatū.

Planta, Arbor
Homo, Equus
Aſinus &c.

Corpus animatum.

Sentiens, Differentia generalis. Non ſentiens

Homo, Equus
Aſinus, Canis.

Corpus animatum ſentiens.

Rationale, Differentia ſpecifica, Irrationale.
quia conſtituit infimam ſpeciem.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Habitus.

Voluntatis, Differentia generalis, Intellectus.

Virtus, Vitium.

Habitus voluntatis

Bonus, Differentia gen: Malus.

Iuſt: Temp:
Fortitudo &c.

Habitus bonus ſuum cuiq; tribuens.

Iuſticia, Specifica differentia.

DE PROPRIO.

Proprium eſt proprietas vnius ſolius ſpeciei omnibus eius indiuiduis communicabilis in potentia, Vt: Intelligere, Loqui, Ratiocinari, Numerare, Incedere erecto corpore, inter omnia animalia ſoli homini conueniunt, & quidem ſic vt hæ proprietates ſint omnibus hominibus communicabiles in potentia: Etſi enim ſtulti & infantes actu non intelligunt, nec numerant, Muti non loquuntur actu, Contracti non incedunt corpore erecto: tamen hæ proprietates intelliguntur ipſis eſſe in potentia communica-

municabiles: Eſt autem regula Dialectica: Verba in definitionibus ſæpe potentiam non actum ſignificare, Vt:

Homo / Infans / Mutus } *Eſt animal rationale, quod loqui & numerare poteſt ſcilicet in potentia.*

Poſſe loqui { *Potentia, id eſt, eſſe creaturã natura deſtinatam ad locutionem.* / *Actu, id eſt ipſa actione loquẽdi.*

Incedere erecto corpore { *Potentia, id eſt, eſſe creaturam deſtinatam ad talem inceßionem.* / *Actu, id eſt, ipſa inceßione ſic incedere.*

Etſi autem ſæpe propria pro differentijs ponuntur, tamen hoc Dialecticum diſcrimen ſciendum eſt.

Differentia ſpecifica proprijßimè loquendo ſignificat formam eſſentialem rerum. Diſcrimen proprij & differentiæ.

Sed proprium ſignificat eius formæ eſſentialis proprium effectum ſeu officium, ſeu actionem, Vt forma hominis eſt differentia ipſius, videlicet rationalis, ſed formam illam ſequuntur hæc propria, Intelligere, numerare, ratiocinari, loqui:

Formam equi, qualiscunq; illa eſt ſequuntur propria equi, vt hinnire &c. For-

mam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

mam Magnetis, qualiscunq; illa eſt ſequuntur eius propria, videlicet attrahere ferrum, & vertere ſe ad Septentrionem. Sic formam pomi arboris, formam pyri, aut formam ceraſi arboris, qualeſcunq; illæ ſunt formæ, ſequuntur illa propria, ferre poma, ferre pyra, ferre ceraſa &c.

EXEMPLVM.

Magnes habet formam eſſentialem, qua diſtinguitur ab alijs lapidibus, quam neſcimus, ex illa forma oriuntur propria, videlicet:

Attrahere ferrum. Vertere ad Septentrionem.

ALIVD.

Pomus habet eſſentialem formam, qua diſtinguitur à pyro, ceraſo & alijs arboribus, ex illa forma ſequitur proprium, videlicet ferre poma.

Gradus ſeu modi proprij ſic recenſentur.

I. Proprium in primo modo eſt, quod ſoli ſpeciei, ſed non omni conuenit, id eſt, vni ſpeciei conuenit, ſed non omnibus eius indiuiduis, Vt eſſe doctum, conuenit homini, ſed non omnibus indiuiduis.

II. Secundò, quod omni, ſed non ſoli conuenit, id eſt, omnibus indiuiduis, ſed non ſoli ſpeciei

ciei, *Vt eſſe bipedem, conuenit omnibus hominibus, ſed non ſoli homini, quia etiam aues bipedes ſunt.*

Tertio, quod omni ſoli, ſed non ſemper conuenit, Vt caneſcere, repueraſcere. III.

Quarto, quod omni ſoli, & ſemper conuenit, ſcilicet in potentia, Vt homini conuenit loqui, equo hinnire &c. IIII.

DE ACCIDENTE.

Accidens eſt, quod non per ſe ſubſiſtit, nec eſt pars ſubſtantiæ, ſed in alio eſt, vel alijs adhæret, vel aliud circumſtat mutabiliter: Seu accidens eſt, quod adeſſe vel abeſſe poteſt, præter ſubiecti corruptionem, vt Albedo parietis accidens eſt. Sapientia hominis accidens eſt, Color niger corui accidens eſt. Sic Ciceronis accidens eſt, eſſe eloquentem. Item, eſſe conſulem. Item, Eſſe Romæ, Item, eſſe togatum, Item, ambulare, vel ſedere &c.

Subſtantia,
Cicero.

Partes eius ſunt ſubſtantia	*Adiacentia & circumſtantiæ ſunt accidentia, Vt:*
Anima,	*Eſſe longum.*
Corpus,	

Col-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Collum.	*Eſſe doctum,*
Pectus.	*Eſſe conſulem.*
Manus.	*Eſſe Romæ.*
Digitus.	*Regere Remp:*
Pes.	*Eijci in exilium.*
Auris.	*Eſſe tempore Iulij Cæſ.*
	Stare vel ſedere.
	Eſſe togatū, vel prætextatum.

Quia tamen eſſet Cicero, ſi non eſſet longus, non eſſet doctus, non eſſet conſul, non eſſet Romæ, non regeret, non pelleretur in exilium, non eſſet tempore Cæſaris, non ſtaret, non eſſet togatus.

Et quamuis etiam propria ſunt vera Accidentia, tamen Porphyrius graui conſilio in doctrina prædicabilium proprium ab accidente diſtinxit, quod proprium quandam peculiarem rationem habet præ alijs accidentibus, propterea quod proprium eſt naturalis inclinatio ſeu proprietas, quæ ex ipſa forma rei oritur, ſed reliqua accidentia habent etiam alias cauſas, & ſunt multis modis mutabilia: Vt quod homo loqui poteſt, naturalis proprietas eſt, Quod vero Cicero eſt doctus. Ariſtides eſt iuſtus. Socrates eſt ſapiens, Accidentia eſſe à Dialecticis dicũtur: Hæc diſtinctio ſic declarari ſolet,

Pro-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Proprium cum ſpecie conuertitur, ſed accidens cum ſpecie non conuertitur. Ideo in locis aliter etiam à proprio, aliter ab accidentibus argumenta ducuntur, Vt:

Duplex eſt accidens { *Inſeparabile &* / *Separabile.*

Inſeparabile eſt, quod ſubiecto ita ineſt, ſeu adhæret, vt non poßit, actu vel re ſine ſubiecti corruptione ſeparari, poteſt autẽ ſeparari cogitatione, quia intelligimus mente aliam rem eſſe ſubiectum, & aliud eſſe accidens hærens in ſubiecto, Vt: In Cicerone eſt longitudo, quæ non poteſt re ipſa ſeparari à Cicerone ſine corruptione ſubſtantiæ. Nam quando decurtatus eſt abſciſſo capite, læſa eſt iſtius ſubſtantia. Item, In lapide eſt grauitas accidens inſeparabile, quia immutabiliter lapidi ineſt ſicut igni inſeparabiliter ineſt calor, aëri leuitas, &c. Sed tamen mens noſtra cogitat & intelligit, aliud eſſe ſubſtantiam Ciceronis, aliud longitudinem. Aliud eſſe ſubſtantiam lapidis, ignis, aëris. Aliud eſſe grauitatem in lapide, calorem in igne, leuitatem in aëre.

Separabile accidens eſt, quod mutabiliter & ſeperabiliter ineſt, ſeu adhæret ſubiecto,

& ſi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

De prædicamentis Notatio ex Stigellio folio 141
omne Ens aut est substantia aut est accidens

Deinde omne accidens aut est absolutum aut Relativum
Absolutum est quod absolute consideratur hoc est per se sine collatione & respectu alterius. Ejusmodi tria sunt prædicamenta: substantia quantitas & qualitas
Relativum est quod cum alio comparatur & habet respectum ad aliud. Talia sunt Haec prædicamenta: Actio passio, quando, ubi situs & Habitus.

& ſine eius corruptione actu adeſſe vel abeſſe poteſt, Vt:

Virtutes, artes, affectus ſunt in homine mutabiliter, quia homo eſt homo, ſiue ſit doctus, ſiue indoctus: Cicero eſt Cicero, ſiue iratus ſit, ſiue non iratus. Sic Cicero eſt Cicero, ſiue ſit conſul, ſiue non ſit conſul, ſiue ſit togatus, ſiue non ſit togatus. Sic accidens ſeparabile eſt caliditas, in aqua aut ferro, albedo in pariete, & ſimilia.

DE VTILITATIBVS Prædicamentorum.

Præcipuæ vtilitates prædicamentorum ſunt quinq;.

Prima, vt ſint certæ claſſes rerum & vocabulorum.

Secunda, vt diſcernantur ſubſtantiæ ab accidentibus, & accidentia à ſe inuicem.

Tertia, vt teneatur realis rerum diſtinctio inter ſe, quia quæ ſunt in diuerſis prædicamentis, ea realiter diſtinguuntur.

Quarta, vt ſtatim in promptu ſit materia definitionum.

Quinta, habent prædicamenta etiam vſum in inueniendis argumentis, ſicut in 4. lib. dicitur:

RE-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

REGVLAE AD PRAEDICAMENTORUM cognitionem neceſſariæ.

Prædicamentum vocatur in Dialectica ordo generum, ſpecierum, & indiuiduorum ſub vno genere ſummo vel generaliſsimo, ex his decem.

I.	*Subſtantia.*	VI.	*Paßio.*
II.	*Quantitas.*	VII.	*Vbi.*
III.	*Qualitas.*	VIII.	*Quando.*
IIII.	*Relatio.*	IX.	*Situs.*
V.	*Actio.*	X.	*Habitus.*

Vt autem voces rectè in prædicamentis collocentur, idcirco hæ regulæ teneantur.

PRIMA REGVLA.

Omnis vox ſignificatiua, hoc eſt, quæ per ſe ſubſtantiam vel accidens ſignificat, eſt in in aliquo prædicamento.

SECVNDA REGVLA.

Syncategoremata, ſeu voces coſignificatiuæ non ſunt in prædicamento, vt Quidam, Nullus, Ille, Iſte, &c. Vocatur autem vox conſignificatiua, quæ nihil certi per ſe ſignificat aut deſignat, niſi alijs vocibus addatur:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Homo.	*Voces*	*Omnis,*	*Item,*	*Conſi-*
Lõgitudo.	*ſignifi*	*Nullus*	*Præ,*	*gnifica-*
Doctrina.	*catiuæ*	*Ille,*	*Ante,*	*tiuæ vo*
Cõſul etc.		*Iſte,*	*Si &c.*	*ces.*
		Vnus.		

TERTIA REGVLA.

Tranſcendentia ſunt in nullo prædicamento. Vocantur autem tranſcendentia ea vocabula, quæ omnibus vel pluribus prædicamentis communiter conueniunt, Vt:

ENS, VNVM, VERVM, BONVM, CAVSA, EFFECTVS.

ENS, *Quia quicquid eſt, ſiue ſubſtantia ſiue accidens, ſuo modo eſt* ENS, *ſeu* τὸ ὄν.

VNVM, *Quia quicquid eſt in omnibus prædicamentis* VNVM *eſt.*

VERVM, *Quia quicquid eſt in prædicamentis,* VERVM *eſt.*

Cauſa, Effectus,	*Quia non tantùm in ſubſtantiæ prædicamento, ſed etiam in Qualitate ſunt cauſa & effectus,*

Item, Actionibus & Paſſionibus.

QVARTA REGVLA.

Voces fictæ & fabuloſæ propriè non ſunt in prædicamento, Vt: Chimæra, Cerberus, Sphynx, quia ſunt tantùm figmenta.

QVINTA REGVLA.

Vocabula artium, quæ vocantur ſecundæ intentionis, non ſunt in prædicamento, Vt Species, Genus, Pronomen, Aduerbium &c.

SEXTA REGVLA.

Æquiuoca ſeu ambigua vocabula, non ponuntur in prædicamentis, niſi prius ſit conſtituta vna certa ſignificatio, nam neceſſe eſt, vt ſecundum vnam ſignificationem quælibet vox in ordine prædicamenti collocetur. Vt:

Cùm Aries & Taurus ſignificant animalia, pertinent ad genus in prædicamento ſubſtantiæ, quod vocatur animal, ſed cum ſignificant ſigna cœleſtia, pertinent ad aliud genus prædicamenti ſubſtantiæ, videlicet corpus ſimplex cœleſte.

SEPTIMA REGVLA.

Oratio complexa, niſi accipiatur pro voce incomplexa, hoc eſt, pro vno vocabulo, ſeu vnius rei deſcriptione, non ponitur in prædicamento. Vt: Hæc Oratio: Cicero eſt Conſul Romanus, non eſt in prædicamento. Sed hæc Periphraſis ſeu deſcriptio hominis, Subſtantia, Corporea, animata, ſentiens, rationalis, ponitur in prædicamento ſubſtantiæ, quia tota hæc periphraſis pro vno vocabulo, videlicet homo, ponitur,

nitur, ſeu vnam rem ſimplicem, videlicet hominem ſignificat.

Item, Bucephalus equus Alexandri habuit bouinum caput: Hæc Oratio in nullo eſt prædicamento. Sed Alexandri equus bouino capite, hæc periphraſis eſt in prædicamento ſubſtantiæ, quia vnum indiuiduum, videlicet Bucephalum ſignificat.

OCTAVA REGVLA.

Vocabula ponuntur in prædicamentis iuxta principalem ſignificationem, Vt

Pater.	Filius.
Dominus.	Seruus.

Etſi hæ voces loquuntur de hominibus, qui ſunt ſubſtantiæ, tamen pertinent ad prædicamentum Relationis, quia vox Pater non ſignificat principaliter ſubſtantiam patris humanam, ſed relationem ad Filium. Filius relationem ad patrem ſignificat. Dominus ad ſeruum, Seruus ad Dominum.

Fridericus——Subſtantia, quia ſignificat Indiuiduũ, id eſt, illã perſonam.

|

Rex————In prædicamento Relationis, quia ſignificat Relationem ad rem.

Sic

Sic pallium, toga, calceus ſunt in prædicamento Habitus, quia principalis ſignificatio non materiam veſtis, ſed modum veſtiendi, id eſt, habitum ſignficat.

NONA REGVLA.

Poſitiuum & priuatiuum ponuntur in eodem prædicamento, vt Tenebræ & Lux ponuntur in Qualitate.

DECIMA REGVLA.

Concretum & abſtractum ponuntur in eodem prædicamento, Vt:

Iuſticia.	&	*Iuſtus.*
Doctrina		*Doctus.*
Sapientia		*Sapiens.*
Stulticia.		*Stultus.*

DE PRÆDICAMENTO ſubſtantiæ.

Prædicamentum Subſtantiæ, eſt ordo vocum omnium, quæ ſubſtantias principaliter ſignificant, vel primas, id eſt, Indiuidua, quæ veræ ſunt ſubſtantiæ exiſtentes, vel ſecundas, id eſt, genera & ſpecies ſubſtantiarum.

Eſt autem ſubſtantia ENS, *quod propriprium eſſe habet, græcè* οὐσία & ὑπόσασις,

& ὑφιςάμενον id eſt, eſſentia & ſubſiſtentia, ſeu ſubſiſtens aliquid dicitur. Hoc prædicamentum valdè eſt copioſum, quia complectitur omnes ſubſtantias, ſeu omnium ſubſtantiarum vocabula à Deo vſq; ad minimum puluerem, vel ſi quid eo poteſt eſſe minus, quæ iuxta genera & ſpecies hoc ordine diſtinguuntur.

PROPRIETATES SVBſtantiarum.

I.

Subſtantiæ non ſunt in ſubiecto, vt accidentia, etſi enim pars ſubſtantiæ eſt in tota ſubſtantia, vt manus eſt in homine. Ramus in arbore, tamen quælibet pars ſubſtantiæ habet proprium ESSE. Vt manus hominis, pes bouis, cornu cerui, cauda Leonis, ramus aut folium arboris, habent proprium ESSE ſingula, &c.

Item, Etſi contentum eſt in continente, vt Vinum in vaſe, Aurum in pera, tamen vinum & aurum habent per ſe proprium ESSE.

II.

Subſtantia etſi eſt maior vel minor ſecundum quantitatem, tamen non recipit magis

gis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

- *Subſtantia*
  - *reata, æterna, ſpiritualis*
    - *us* { *Pater*, *F.lius*, *Spiritus S.* } *Trinitas*
  - *Creata*
    - *Incorporea, ſpiritualis*
      - *Spiritus*
        - *Angelus,*
          - *Bonus* — *Raphael, Gabriel.*
          - *Malus* — *Diaboli, Beelzebub, Lucifer,*
        - *Anima*
    - *Corporea, dicitur corpus*
      - *Simplex ut*
        - *Cælum,* — *Aſtra, Stellæ, Planetæ,*
        - *Elementum* — *Ignis, Aêr, Aqua, Terra.*
      - *Mixtum ex elementis aut eſt*
        - *Perfectè mixtum,*
          - *Animatum*
            - *Sentiens* — *Animal*
              - *Rationale* — *Homo*
                - *Cicero, Plato, Hic Homo, Ille Homo,*
              - *Irrationale*
                - *Terreſtria,* — *Leo, Bos, Equus &c.*
                - *Aquatica,* — *Piſces,*
                - *Aerea,* — *Aues,* — *Ciconia, Aquila,*
                - *Amphibia,* — *Crocodilus, Rana*
            - *Non ſentiens* — *Planta, Arbor, Herba,*
          - *Inanimatum* — *Lapis, Gemma, Metallum*
        - *Imperfectè mixtum,* — *Meteora, Fulmina, Vapores &c.*

meteora eſt ſeu ſignificat ſublime, pendens in aëre inter coelū et terram et ſunt vel ſimplicia vel composita. ſimplicia aut ſunt ignea aut aëria aut aquea: composita q[illegible] ſtantibus inter ſe poſitis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Ignea aut sunt ἐκκαύματα : incendia
aut φάσματα : visa seu species apparentes
ἐκκαύματα ex inflamatione, et ardentibus
fiunt exhalationibus in suprema aeris regione
ad hoc genus ptinent transitiones : cometæ
trabes, faces, stipulæ ardentes, capræ etc:
Ex φασμάτων genere sunt foveæ & hiatus
seu chasmata, item χρώματα : colores, et hi
quidem, aut informes aut figurati ut iris
halo paraselina, parelia, virgæ
Aerea sunt venti et terremotus

~~Ex numero aqueorum sunt nubes~~, fulmina
sulphura, procella, turbo, vortex, præter
hæc sunt composita

Ex numero aqueorum sunt nubes nebula ca-
ligo, ros, pruina, pluvia, nix grando:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

gis vel minus ſecundum eſſentiam, hoc eſt, ſecundum ESSE, *ſubſtantiæ, vt etiamſi vir eſt maior homo quàm infans, tamen non eſt magis homo quàm infans, nec infans minus homo eſt quàm vir, licet ſit minor homo:*

Sic magnus canis, non eſt magis canis quàm paruus canis, licet ſit maior canis, Vterque enim videlicet & vir & infans ſimili ratione eſt homo, & vterq; canis, magnus & paruus ſimili ratione eſt canis. Sic, Paruus lapis tàm eſt lapis quàm magnus lapis, licet hic maior, ille minor lapis ſit.

III.

Subſtantiæ diuerſæ ſeu diuerſorum generum dicuntur diſparatæ & non contrariæ inter ſe ſecundum ESSE, *quia cùm pugnant contrario modo, id fit ſecundum qualitates, Vt Ignis & aqua qualitatibus contrarijs pugnant.*

Aqua	*Humida.* / *Frigida.*	*Hæ qualitates pugnant.*	*Siccus* / *Calid9*	*Ignis*
Curtij	*Ira* / *Robur*	*His qualitatibus pugnant.*	*Ira* / *Robur*	*Horatij*

IIII.

Deſtructis primis ſubſtantijs, id eſt, Indi-

niduis nihil eſt reliquum, id eſt, nec ſunt genera, nec ſunt ſpecies ſubſtantiarum, nec accidentia, quæ hærent in ſubſtantijs, ſi non ſint Induidua ſubſtantiarum, Vt ſi non amplius eſſent in rerum natura Indiuidua canum, tunc etiam ſpecies ex prædicamento ſubſtantiæ delenda eſſet, id eſt, neq; ſpecies eſſent, & non eſſent quoq; accidentia canum propria, vt non eſſet latratus &c.

DE PRAEDICAMENTO quantitatis.

Quantitas, eſt rerum magnitudo, vel multitudo, ſecundum quas, res aut menſurantur, aut numerantur. Prædicamentum autem Quantitatis, eſt claßis vocabulorū, quæ rerum magnitudines & multitudines, hoc eſt menſuras & numeros ſignificant, quorum vocabulorum, hic eſt ordo.

PROPRIETATES QVANTITATIS.

I. Quantitatum per ſe nulla eſt efficacia ſeu effectio. Ergo ſuperſtitio eſt cum linearum figuris, efficacia tribuitur.

II. Quantitates per ſe non ſunt ſibi contrariæ. Nam ſicut efficacia: ita etiam contrariæ actiones ſunt qualitatum.

Quan-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Continua quæ eſt magnitudo rerum.

Linea ſeu longitudo.

Huc pertinent omnia vocabula, quæ ſignificãt rerum longitudinẽ, ſeu menſuras longitudinum, Vt: Miliare, ſtadium, paſſus, vlna, pes &c.

Item, Pertinent huc linearum ſpecies Geometricæ.

Linea { Recta / Curua &c.

Superficies ſeu longitudo & latitudo ſimul.

Huc pertinent omnia vocabula, quæ ſignificant ſimul longitudinẽ & latitudinẽ ſeu menſuras longitudinum & latitudinum ſimul.

Iugerum, pes, contractus.

Huc pertinent Species ſuperficierum Geometriæ ſecundum

Superficies { Quadra… / Trila…

Quantitas.

Decreta.

- *Numerus ſeu multitudo.*
  - *Huc pertinent omnes numeri rerum & vocabula quæ ſignificant numeros ſeu multitudinem.*
    - *Legio.*
    - *Turma.*
    - *Grex.*
- *Vocum ſeu orationum menſuræ.*
  - *Huc pertinent vocabula in Proſodia*
    - *Spondeus.*
    - *Dactilus.*
    - *Iambus.*
  - *Item, Nomina verſuum*
    - *Hexameter.*
    - *Pentameter.*
  - *Item, Muſices vocabula*
    - *Prolatio.*
    - *Tempus.*
    - *Modus.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Quantitates recipiunt maius & minus, ſed non magis & minus aduerbialiter, id eſt, magnitudines & multitudines rerum augentur & minuuntur, VT vna linea eſt longior alia, VNA ſuperficies eſt latior alta, VNVM corpus eſt craßius alio, VNVS numerus plures vnitates continet alio. VNA dictio plura tempora continet alia, VNVS verſus plures pedes habet alio. III.

Sed nomina Quantitatum non recipiunt aduerbia magis & minus: LINEA longa non eſt magis quàm breuis linea. SED breuis linea tàm eſt linea quàm longa linea. VTRAQVE enim ſimili ratione eſt linea, & vtriq; lineæ definitio conuenit. Sic de Speciebus & corporibus etiam dicendum eſt. Similiter binarius numerus, etſi minor eſt denario: tamen non minus eſt numerus quem denarius. Vterq; enim pari ratione numerus eſt, cum ſit collectio vnitatum. Sic Iambus tàm eſt Pes quàm Dactilus: Pentameter tàm eſt verſus quàm Hexameter licet Dactilus longior Pes, & Hexameter longior verſus ſit.

Ex Quantitate oriuntur hæ relationes, Æquale & Inæquale, par & impar, Magnitudines enim dicuntur aut æquales aut inæqua-

Qualitas adiunctum ſubſtantiae est ſecundum quod Quales aliqui dicuntur vt cum de aliquo rogamus. Qualis est homo respondere licet est talis: est bonus: est fidelis: est longae staturae: est albus est gibboſus: est claudus est bonus muſicus etc.

les. Multitudines autem ſeu numeri pares vel impares.

DE PRAEDICAMENTO qualitatis.

ποιότης : qualitas

Qualitas eſt forma, per quam ſubſtantia eſt efficax, ſeu quæ mouet ſenſus. Sunt enim qualitates potentiæ & quaſi veſtes ſubſtantiarum per quas agant, & ſecundum quas ſenſibus ſubijciuntur, Vt:

CICERO, per eloquentiam orationis dicit, per Iuſticiam iuſtè agit, per ſapientiam ſapienter conſulit, per iram iraſcitur, per amorem amat, per odium odit, per intelligentiam intelligit, per memoriam reminiſcitur. Oculi Ciceronis per potentiam videndi, vident, aures per auditum, audiunt. Item, Secundum colorem videtur, Secundum vocem aut ſonum auditur, ſecundum qualitates tangibiles tangitur. Talia itaq; accidentia dicuntur qualitates. Prædicamentum autem qualitatis eſt claſſis & ordo vocum, quæ qualitates rerum ſignificant.

Lapis { Secundum grauitatem cadit.
Lapis { Secundum frigiditatem tactū afficit.

☿

PRO-

De ſtellis notatu digniſsima: & de efficacia qua
litatum

Quomodo ſtellæ ſunt efficaces?

ſtellæ ſunt efficaces lumine motu & influentia
quod ſunt lumine efficaces oculi teſtantur, qui
vident Naturam inferiorum Elementorum & mixtor
Corporum illustrari radiis ſtellarum. Certè Sol
est efficax lumine diurno. Luna lumine noctur-
no, ſic & reliquæ ſtellæ. De motu inquit Aristo
teles: ſi non moveretur Coelum, non poſset moveri
rota figuli. Ceſsante motu Coeli, ceſsant omnes
alij motus. Sicut in Corpore Humano ceſsante
motu cordis, ceſsant omnium membror ~~Curſus~~
motus: ita ſi non moveretur Coelum, nullus
opificum poſset manum agitare. Influentia ſig
nificat arcanam & occultam vim quæ non cer-
nitur oculis, ſed ſentitur tantum ut etiamſi
tu domi lateas & omnes radios lunæ procul
a te arceas: tamen ſentis vim plenilunij &
novilunij in Corpore tuo: præſertim cum corpus
est ægrum. Sic cum oritur Syrius ſeu Canis;
cula ſentiunt eius vim etiam piſces in mari
& vina in Cellis etc. Certè lumine non poteſt
eſse efficax Syrius in obſcura cella, aut in pro
fundo mari, ſed influentia est efficax

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

QVALITATIS Sp

- **I. HABITUS EST QUALITAS** in natura rationali conſuetudine vel arte acquiſita, Eſtq; vel
  - *Animæ habitus, cuius ſubiectum eſt anima, Eſtq; duplex:*
    - *Intellectus habitus vocatur notitia*
      - Rei ſimplicis, Eſtq; duplex:
        - rta, cuius cies ſunt: otitia princi piorum, ſcien ia, Ars, pr udentia, fi des.
        - Incerta, cuius ſpecies: Opinio, Suſpitio.
      - Propoſitionum.
    - *Voluntatis eſt aut:*
      - Bonus, & dicitur virtus, Iuſtitia, Gratitudo, Modeſtia, &c.
      - Malus, & dicitur vitium, Iniuſtitia, Illiberalitas, Ingratitudo, Ebrietas.
  - *Corporis, cuius ſubiectum eſt Corpus.*
  - *Mixtus habitus, cuius ſubiectum partim animæ, partim corporis eſt, Vt:* Muſica, Organica, Artes Mechanicæ, Sartoria, Fabrilis, Sculptoria, Pictoria,
- **II. NATURALIS** potentia & impotentia. Huc pertinent omnes naturales vires, & impotentiæ omnium rerum naturalium Animatarum & Inanimatarum, vt: Hominis, Equi, Omnium animantium, Syderum, Elementorum, Plantarum, Arborum, Herbarum, Metallorum, Lapidum, Gemmarum, Gummi &c.
- I
  - Sub
    - Ira, Læ Spe Me

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

RALIS
potentia.
omnes
, & im-
um re-
m Ani-
nanima.

nantium,

III. PASSIO ET PASSIBILIS qualitas.

- Affectus.
  - Cordis,
    - Subiti,
      - Ira,
      - Lætitia,
      - Spes,
      - Metus,
    - Durabiles,
      - Iracundia,
      - Inuidentia,
      - Amor,
      - Odium,
  - Comitantes tactum.
    - Delectatio,
    - Dolor.
- Senſuum obiecta.
  - VISVS.
    - Lux, Colores,
  - AVDITVS.
    - Soni, Voces,
  - OLFACTVS
    - Odores.
  - GVSTVS.
    - Sapores.
  - TACTVS qualitates tangibiles.
    - Primæ,
      - Caliditas,
      - Frigiditas,
      - Humiditas,
      - Siccitas
    - Secundæ,
      - Aſperum,
      - Durum,
      - Glabrũ,
      - Molle,
      - Lubricũ.

IIII. Figura eſt POSITVS aut modus quantitatum. Huc pertinent figuræ Geometricæ,

Triangulares △
Quadrangulares □
Circulares ○

FIGVRÆ RERVM Naturalium, Vt figura
Hominis,
Equi,
Boui,
Arboris,
Plantæ &c.

FIGVRÆ RERVM Artificialium, vt
Domus,
Nauis,
Coclearis,
Statuæ.

ET NOMINA QVÆ principaliter tales figuras ſignificant, vt:
Domus,
Nauis,
Statua.

ITEM NOMINA Suppellectilium, & inſtrumentorum, vt:
Coclear,
Chantarus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

DE HABITU

Habitus est qualitas comparata crebris
actionibus in hominibus qua certius & facilius
homines efficere illas actiones possunt quae a
habitu gubernantur & adjuvantur] Crebris ac-
tionibus dicitur ad differentiam Naturalis potentiae
quae nobiscum nascitur seu quae a natura nobis
est insita Habitus vero nequaquam nobiscum
nascitur sed est facultas quaedam arte & usu
ad naturam comparata & accommodata nec
in omnibus naturis est sed in rationali tantum
Ad perfectum Habitum tria requiruntur
Natura Ars & usus
Natura quidem simpliciter donum divinum
est unde Baptista Nemo potest sibi quidquam
assumere nisi id ei datum fuerit e superne &
Ptholomeus in Centiloquio Qui natura ad rem
quampiam informatus est plus efficit quam qui
diu se in arte exercuerit & Cicero de certo
vitae genere eligendo inquit admodum dum an-
cipit Ad quas res Natura sumus aptissimi,
potissimum elaboremus : item Horatius Tu nihil
invita dices faciesve Minerva

ARS

Alterum adjumentum Ars est qua ingenium
in aliis quam sibi perpolit & aliis docet Nullo
enim tanta vis est ingenii quin praeceptis artis
indigeat Sicut praeclare Cicero pro Archia dixit
Cum ad eximiam atque illustrem Naturam acc-
ratio quaedam Conformatioque doctrinae tum illud
nescio quid praeclarum ac insigne solet existere

PROPRIETATES QVA-
litatis.

Contrarietas eſt propria qualitatum pugnantium, quæ ſunt ſub eodem genere, Vt virtus & vitium, Sapientia & Stulticia, Iuſticia & iniuſticia, Amor & odium, Caliditas & frigiditas contrariæ qualitates ſunt. I.

Excipitur autem quarta ſpecies, quia figurarum per ſe nulla eſt effectio aut contrarietas, triangularis figura non pugnat cum quadrangulari, neq; Domus figura cum figura nauis, neq; coclear pugnat cum ſalino, licet ſint figuræ diuerſæ, ſeu inſtrumenta diuerſa.

Qualitates recipiunt maius & minus, Vt Ariſtides eſt iuſtior Themiſtocle, Cicero eſt eloquentior Cæſare, Plato eſt doctior Hannibale, & in eodem ſubiecto qualitates ſæpè intenduntur aut remittuntur, ſeu augentur & minuuntur, Sicut in aqua quæ calefit, paulatim caliditas augetur, & cum rurſum frigeſit, paulatim minuitur caliditas, ſic creſcit doctrina & virtutes in hominibus, & viciſſim etiam decreſcunt. Sic de alijs qualitatibus dici poteſt. II.

Ex Qualitatibus oriuntur relationes ſimilium & diſſimilium, & multæ aliæ. III.

DE

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Vt superiora absoluta praedicamenta sunt αἰσθητά in oculos incurrentia aut mediate ut substantia aut immediate ut quantitas & qualitas. Ita plurima vocabula Relativa sunt νοητά non circumscripta oculis ... tanguntur. Sed sola mente & cogitatione percipiuntur vide Stigel. 28:81

Relativa De Relatione lib: 4 folio 440.

DE PRAEDICAMENTO Relationis.

Relatio eſt rerum & vocum mutuus reſpectus, ſeu ex applicatione, ſeu ex ordinatione, ſeu ex collatione, qui reſpectus facit, vt vna ſine alia, neq; id eſſe, neq; ſic dici, neq; intelligi, neq; definiri poßit.

Rex		*Regnum*	*Ergo Rex non eſt ſine regno, nec dicitur rex ſine regno, nec intelligitur, nec definitur ſine mẽtione regni.*
Conſul	*ſignificant reſpectum ad*	*Ciuitatem*	*Ergo Cõſul non eſt ſine ciuitate, nec dicitur, nec intelligitur, nec definitur ſine ciuitate.*

Pa-

Pater	Significant reſpectū ad	Filiū	Ergo Pater non eſt ſine Filio, nec intelligitur, nec definitur ſine Filio.

Prædicamentum vero Relationis, eſt claſsis ſeu ordo vocabulorum relatiuorum, quæ principaliter relationes ſignificant, Vt hæc vox pater principaliter ſignificat relationem ad Filium, propter quam relationem perſona illa, quæ alioqui dicitur Homo ſeu Iohannes eſt Pater, & dicitur Pater, & ſine qua relatione perſona illa, neq; eſt pater, neq; dicitur Pater, neq; hæc appellatio intelligi aut definiri poteſt. Sic Dominus non ſingificat principaliter ſubſtantiam perſonæ, ſed relationem ad ſeruum, cuius gratia Simo eſt Dominus Daui, & dicitur Dominus, & ſine qua relatione hæc appellatio Simonis, quæ eſt Dominus, non poteſt intelligi aut definiri.

Eodem modo limes ſignificat principaliter non ſubſtantiam lapidis, ſed relationem ad agros determinatos, cuius relationis gratia lapis inter agros poſitus, & eſt limes, & vocatur limes, & ſine qua relatione, lapis ille neq; limes eſt, neq; limes dicitur, neq; hæc appellatio limitis intelligi aut definiri poteſt.

PRI-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

PRIMA REGVLA Relationis.

Duplicia ſunt vocabula: Alia ſunt Abſoluta. *Abſoluta, quæ principaliter ſignificant aliquid ſine relatione ad aliud, atq; talia ſunt vocabula Prædicamentorum ſubſtantiæ, Quantitatis & Qualitatis.*

Relatiua. *Alia ſunt vocabula Relatiua, quæ Ariſtoteles* πρὸσ τι *vocat, ea ſunt quæ principaliter ſignificant relationes, hoc eſt, aut explicationes rerum, aut ordinationes, aut collationes.*

Hæ enim ſunt tres ſpecies Relationum.

I. *Calefactio eſt applicatio, qua transfertur caliditas in aliud.*

II. *Paternitas eſt ordo eius, qui genuit ad genitum.*

III. *Similitudo eſt duarum qualitatum conuenientia, quæ collatione intelligitur, In ſumma: omne, quod in ſeipſo habet cauſam ſuæ denominationis, dicitur vocabulum abſolutum, Quicquid autem nomen ſuum habet ex altero externo, propter applicationem, ſeu ordinationem, ſeu collationem, hoc eſt, propter relationem, eſt vocabulum relatiuum, Vt:*

Homo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Homo		Rex		Regno.
Equus	Abſolu	Regnum	Relati-	Rege.
Canis	ta, quia	Dominus	ua, quia	Seruo.
Cicero	habent	Seruus	habent	Domino.
Bucephal9	in ſemet	Pater	denomi-	Filio.
Lyciſca	ipſis de-	Filius	natione͞	Patre.
Linea	nomina	Socer	ab alio,	Genero.
Virtus	tionis	Gener	vt: à	Socero.
Vitium.	cauſſam.			

SECVNDA REGVLA.

Alia vocantur Relatiua ſecundum dici. Alia Relatiua ſecundum eſſe.

Relatiua ſecundum dici, vocantur multa abſoluta, quibus adhærent quidā reſpectus, ſed non in principali ſignificatione, Vt etſi caput eſt animalis caput, tamen principali ſignificatione caput ſignificat partem animalis, quæ eſt ſubſtantia per ſe. Sic etſi oculus eſt oculati oculus, tamen oculus per ſe ſignificat ſubſtantiam exiſtentem. Sic etſi manus eſt hominis manus, tamen hæc vox manus ſignificat partem vel membrum hominis, quod eſt ſubſtantia per ſe. Eodem modo, Etſi amor eſt rei amatæ amor, tamen amor principali ſignificatione, non relationem, Sed affectum in corde cuiuſq; amantis ſignificat. Sic: Etſi ars eſt rei, quæ dicitur ars, tamen hæc vox ars principali-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

cipali ſignificatione habitum ſignificat, & intellectum eius, qui artem didicit, Similiter, etſi longitudo eſt rei longæ longitudo, albedo eſt rei albæ albedo, tamen hæc vocabula, longitudo & albedo principaliter ſignificant non relationes, ſed menſuram & colorem per ſe conſiderata. Itaq; Relatiua ſecundum dici, non referuntur ad Prædicamentum Relationis, ſed ad Prædicamenta abſolutorum.

Alia ſunt Relatiua ſecundum ESSE, hoc eſt, propriè dicta Relatiua, quia ſignificatione principali ſignificant Relationes, ſine quibus, neq; ſunt, neq; ſic dicuntur, neq; intelligi, neq; definiri poſſunt.

Hæc Ariſtoteles ſic definit: Relatiua ſunt, quæcunq; hoc ipſum, quod ſunt, aliorum ſunt, Vt eſſe Patris, eſt relatio ad Filium, ſine qua perſona illa non eſt Pater, ESSE regis, eſt relatio ad regnum, ſine quo illa perſona non eſt Rex. ESSE conſulis, eſt relatio ad ciuitatem, ſine qua illa perſona non eſt conſul. ESSE limitis, eſt relatio ad agros, ſine qua lapis ille non eſt limes. Et reijcit Ariſtoteles Platonis definitionem: Relatiua ſunt, quæcunq; hoc ipſum, quod ſunt, dicuntur aliorum eſſe: propterea quod hæc etiam Sophiſtica cauillatione ad relatiua ſecundum dici accommodari poßit.

TER-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

TERTIA REGVLA.

Omne vocabulum relatiuum verſatur inter fundamentum & terminum.

Fundamentum eſt res ſeu vocabulum abſolutum, à quo oritur relatio.

Terminus eſt res, ad quam ordinata eſt, ſeu quo tendit relatio. Inter hæc duo, relatio eſt ipſa explicatio, ſeu ordo fundamenti ad terminum. Vocatur autem fundamentum, materiale relationū. Formale vocatur ipſa relatio, à qua nomina relatiua denominationē habent.

EXEMPLI GRATIA.

Relatiuum vocabulum pater verſatur inter hæc duo, fundamentum & materiale eſt perſona quæ genuit, Terminus eſt perſona genita, ordo inter has duas perſonas eſt relatio, videlicet paternitas, quæ relatio dicitur formale propterea, quod nomen relatiuum patris inde denominationem accipit.

	Fundamentum & materiale.	Relatio ſeu Formale.	Terminus.
Pater	Zacharias,	Paternitas	Baptiſta.
	Fundamentum ſeu materiale	Relatio ſeu Formale.	Terminus.
Dominus	Simo	Dominium	Dauus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

QVARTA REGVLA.

Cuilibet Relatiuo reſpondet ſuum correlatiuum, quod cùm appellatione propria caret, tamen cogitandum aut periphraſi deſcribendum eſt. VT: *Relatiuum pater habet ſuum correlatiuum Filius, Relatiuum Dominus habet ſuum correlatiuum Seruus.*

Etècontra.

Relatiuum Filius habet ſuum Correlatiuum Pater. Relatiuum ſeruus habet ſuum correlatiuum Dominus.

Relatiuum.	*Correlatiuum.*
Dominus.	*Seruus.*
Pater.	*Filius.*
Conſul.	*Ciuitas.*
Rex.	*Regnum.*
Maritus.	*Vxor.*
Socer.	*Gener.*
Correlatiua.	*Relatiua.*

Ideò Ariſtoteles inquit, Relatiua dici πρός ἀντιστρέφοντα, *& Dialectici dicunt Relatiua dicuntur ad conuertentiam, quia conuertens vulgo vocatur Correlatiuum. Nam hæc videlicet Relatiuum & Correlatiuum, conuerſim & reciprocè de ſe dicuntur,* VT:

Pater

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Pater eſt Filij Pater.
Filius eſt patris Filius.
Dominus eſt ſerui Dominus.
Seruus eſt Domini ſeruus.

Relatiuorum conuertentia.

Pater——————Filius.
Dominus ——— Seruus.
Maritus ————Vxor.
Limes—————Ager limitatus.

QVINTA REGVLA.

Sæpè manent fundamenta extinctis relationibus: VT: Pompeius manet, etiamſi mortua vxore, non amplius eſt gener Cæſaris. Sic lapis manet, etiamſi deſijt eſſe limes. Sic poſt Baptiſmum manet materiale peccati, licet reatus, hoc eſt, ordinatio ad æternam condemnationem eſt condonatus. Sic multæ honeſtæ ſententiæ veterum legum manent, quæ tamen nobis non ſunt leges, quia deeſt formale legis, id eſt, Relatio ad nos, ſeu ordinatio faciens legem.

SEXTA REGVLA.

Sæpiſſimè vtimur vocabulis Relatiuis pro abſolutis, vel propter defectum vocabulorum, vel propter ornatũ, vel propter Auxeſin, vt cũ Medici vocant temperamentũ ipſas qualitates

ratas, Sic ad 1. Corinth. 5. Vocatur filius Dei peccatum, id eſt, victima pro peccato.

NB SEPTIMA REGVLA.

Relationes aliæ ſunt REALES, quæ ſunt applicationes, ſeu ordinatiões, quæ à natura ipſa oriuntur, VT: Paternitas realis relatio eſt in ipſa natura inter patrem & filium: SIC calefactio eſt naturalis applicatio ſeu transfuſio caloris ab igne in aquam.

Aliæ ſunt RELATIONES rationis, quæ non ſunt in natura rerum, ſed ſunt ordinationes factæ voluntate aut cogitatione. VT: Cicero eſt Conſul Romanus, non natura, ſicuti filij ſui pater eſt, ſed ordinatione eligentium: Maximilianus eſt Imperator, non natura, ſed ordinatione Electorum.

Aliæ ſunt MIXTÆ, cum Relationes rationis ſeu voluntatis & naturæ quaſi coniunguntur, VT: Filius Regis in regno hæreditario partim natura, partim electione Rex fit: SIC ſunt mixtæ Relationes, quæ à voluntate quidem oriuntur, ſed in natura deſinunt, vt relatio inter maritum & vxorem, inter affines &c.

APPENDIX HARVM Regularum.

Itaq;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Itaq; in relationibus ſunt quinq; obſeruanda.

PRIMVM *vocabulum abſolutum, Vnde oritur relatio, id eſt, fundamentum ſeu materiale Relationis.* I.

SECVNDO: *Terminus, ad quem tendit Relatio ſeu reſpectus.* II.

TERTIO: *Formale, ſeu ipſa relatio.* III.

QVARTO: *Nomen Relatiuum, quod ex Relatione oritur.* IIII.

QVINTO: *Nomen Correlatiuum, quod ex Relatione oritur.* V.

Sæpè autem propter penuriam vocabulorum nomina deficiunt, tunc vtendum eſt deſcriptionibus per periphraſin.

QVINQVE OBSERVANDA in relatione.

Fundamen:	Relatio.	Terminus.
	3.	
1.	*Paternitas.*	2.
Cicero Senior.		*Cicero Iunior.*
Relatiuum.		Correlatiuum
4.		5.
Pater		*Filius.*

ALIVD.

3. Coniugium.

1 Zacharias. 2 Elyzabeth.

4 Maritus. 5 Vxor.

ALIVD.

3 Dominium.

1 Simo, 2 Dauus.

4 Dominus. 5 Seruus.

ALIVD.

3 Limitatio.

1 Lapis. 2 Ager.

4 Limes. 5 Ager limitatus.

ALIVD.

3 Regia poteſtas.

1 Fridericus. 2 Dania.

4 Rex 5 Regnum.

Aliud.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

RELATIVA oriuntur ex

- **REBVS IPSIS**, iuxta ordinationẽ legis naturæ Decalogi, aut aliarũ legum.
  - Commune,
  - Priuatum,
  - Proprium,
  - Aliorum,
  - Ius,
  - Seruitus,
  - Contractus.
  - In his conſiderantur cauſa & effectus ſecundum leges.
- **SVBSTANTIARVM actionibus.**
  - Naturalibus.
    - Pater { Filius,
    - Mater } Filia.
    - Auus { Nepos
    - Auia } Neptis
    - Proauus { Pronepos
    - Proauia } Proneptis
    - In his conſiderantur cauſa vel effectus in natura.
  - Voluntarijs,
    - Magiſtratus,
    - Subditus.
    - Rex,
    - Regnum.
    - Conſul,
    - Ciuitas.
    - Eccleſia,
    - Sacerdos.
    - Dominus,
    - Seruus.
    - Miles,
    - Hoſpes.
    - Cõuiuarũ &c.
    - In his conſiderantur cauſa & effectus ſecundũ voluntates hominum.
  - Mixtis.
    - Maritus,
    - Vxor.
    - Gener,
    - Socer.
    - Affines,
    - &c.
    - In his conſiderantur cauſa & effectus vtraq; ratione, ſcilicet, iuxta naturam & delectum ordinationis.
- **QVANTITATIBVS.**
  - Par. Impar.
  - Æquale,
  - Inæquale.
  - Proportio,
  - Totum,
  - Dimidium,
  - Quadruplum,
  - Partes aſsis,
  - Item, menſurarum & ponderum nomina.
- **QVALITATIBVS.**
  - Aut per Comparationem.
    - Simile,
    - Diſsimile,
    - Perfectum,
    - Imperfectũ.
    - Huc pertinent ſimilitudines,
    - Item comparationes omnium qualitatũ, habituum, Artium, Potentiarũ, Affectuum, Obiectorum, Senſuum &c.
  - Ex notitijs.
    - Verum,
    - Falſum,
    - Lex,
    - Doctrina,
    - &c.
  - Ex virtut[...] bus & v[...]tijs.
    - Honeſtum
    - Inhoneſtum
    - Peccatum,
    - Præmium,
    - Pœna,
    - Gloria,
    - Gratia,
    - Concordia,
    - Diſcordia,
    - Pax,
    - Bellum &c.
    - In his conſi[...]derantur eti[...]am cauſa & effectus.

ALIVD.

3
Electio Electorum.

1 ⎯⎯⎯⎯ 2

Maximilianus. *Germania.*

4 5

Imperator. *Imperium.*

ALIVD.

DE PECCATO.

3
Applicatio:

1 ⎯⎯⎯⎯ 2

Defectus, inclinatio, actio. *Iudicium Dei damnans.*

4 5

Peccatum mortale. *Reatus.*

ALIVD.

3
Emptio.

1 ⎯⎯⎯⎯ 2

Iohannes. *Petrus.*

4 5

Venditor. *Emptor.*

PROPRIETATES Relatiuorum.

I. RELATIVA dicuntur ad conuertentiam. Vt Pater eſt Filij pater. Filius eſt patris filius. Dominus eſt ſerui Dominus. Seruus eſt domini Seruus. Similitudo eſt ſimilium ſimilitudo, Simila ſunt iuxta ſimilitudinem ſimilia.

II. RELATIVA ET CORRELATIVA ſunt ſimul natura, id eſt, vno poſito ponitur alterum, & vno deſinente, deſinit alterum, VT, cum Simo incipit eſſe dominus Daui, tunc Dauus incipit eſſe ſeruus Simonis, & rurſum: Quando Dauus deſinit eſſe ſeruus Simonis, tunc Simo deſinit eſſe dominus Daui. SIC Lapis tunc incipit eſſe limes, quando agri limitantur, & rurſum, quando agrorum limitatio deſinit, tunc lapis non amplius eſt limes.

III. RELATIVA ſe mutuo definiunt, vt pater eſt perſona habens filium, Filius eſt perſona, habens patrem, Rex eſt perſona habens regnum, Regnum eſt regio, habens regem.

PRAEDICAMENTA ACTIOnis & Paſsionis.

Prædicamenta actionis & paſsionis ſunt connexa, Sicut Relatiuum & Correlatiuum:

Eſt

enti-
atris
s eſt
nile-
ia.
v A
itur
rum,
runc
lum:
unc
apis
tur,
init,

pa-
rſo-
s re-

VO-

unt
um:
Eſt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

ACTIONES aliæ ſunt

NATVRALES, & ſex ſpecies motus:

Generatio, generat rem
Corruptio, corrumpit rem
Augmentatio, auget rem
Diminutio,
Alteratio, &
Motus localis.

ACTIONES VIRIum & potentiarum naturalium in rebus inanimatis & animatis.

Humectare, Humectari. Calefacere, ieri, Frigefacere, ieri, Concoquere, concoqui, Reſiſtere venenis in Ruta, reſiſti. Actiones ſenſuum interiorum & exteriorum, vt: Intelligere, i. Videre, ri. Audire, ri. Adorare, ri. Item, Affectuum actiones, vt: Amare, ri. Odiſſe, odio haberi, cum ſuis verbalibus.

VOLVNTARIÆ.

INTELLECTVS.

Huc pertinent actiones habituũ intellectus, vt ſunt actiones artium, quæ etſi â voluntate oriuntur, tamen ipſa forma actionis eſt artis.

Scribere, bi.
Pingere, gi.
Ædificare, ri.
cum ſuis verbalibus.

VOLVNTATIS.

Huc pertinent actiones virtutum & vitiorum, Item, Officiorum.

Regere, gi.
Iudicare, ri.
Docere, ri.
Item, contractuum.
Emere, mi.
Vendere. di.
Donare, ri.
cum verbalibus ſuis.

VOLVNTATIS actiones triplices:

Oeconomiæ.

Actiones quæ aa œconomiam pertinent.

Liberos educare, ri.
Paſcere, paſci.
cum verbalibus ſuis.

Politicæ.

Huc pertinent actiones vitæ politicæ, & officiorum politicorum.

Regere, regi.
Iudicare, ri. &c.
cum verbalibus.

Eccleſiaſticæ.

Huc pertinent actiones Eccleſiaſticorum officiorum. Item, Scholaſticorum.

Docere, doceri.
Catechizare, ri.
Sacrificare, ri.

Suntq; actiones Eccleſiaſticæ duplices.

Sacramenta.

Circumciſio,
Baptiſmus,
Euchariſtia.

Sacrificium.

Propitiatorium.

Sacrificium Chriſti.

Euchariſtica. Vt: Omnia opera bona Chriſtianorum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Eſt autem Actio, applicatio agentis ad patiens. Paßio verò ſignificat actionis receptionem & effectum in patiente, VT: *Verberatio eſt actio verberantis in eum, qui verberatur: Et vapulatio eſt receptio verberationis in verberato.* SIC *calefactio eſt applicatio rei quæ calefacit ad eam, quæ calefit, ſeu ipſa transfuſio caloris à re calefaciente in rem quæ calefit, vt ab igne in aquam ſeu ferrum, Et aqua vel ferrum calefactum, ſeu quod calefit, eam actionem ſeu caloris transfuſionem recipit. Vocabula autem, quæ actiones & paßiones ſignificant ad hæc prædicamenta pertinent, tam ipſa verba actiua & paßiua, quam participia & verbalia, quorum ſignificatio ſæpè ſimul vtramq; relationem complectitur, vt Generatio & Corruptio ſignificant & motus cauſarum efficientium, & effectus in rebus, quæ generantur aut corrumpuntur.* SIC *verberatio complectitur, & actionem verberantis & paſſionem verberati, calefactio complectitur & actionem eius, quod calefacit, & paßionem eius, quod calefit.*

ORDO PRAEDICAMENTOrum Actionum & Paßionum.

PROPRIETATES ACTIO-num & Paſsionum.

I. Actionum eſt contrarietas, Vt calefactio & frigefactio contrariæ actiones ſunt. Item. Induratio & emollitio, humectatio & extractio, generatio & corruptio.

II. Sic etiam effectuum eſt contrarietas in patiente, vt calefactio efficit rem patientem calidam. Frigefactio efficit rem frigidam. Generatio generat rem: Corruptio rem corrumpit. Exſiccatio ſiccitatem efficit, Humectatio humiditatem. Sic itaq; contrariæ paſsiones ſunt: calefieri, frigefieri, humectari, exſiccari, generari, corrumpi.

III. In actionibus eſt maius & minus, quia actiones aut intenduntur aut remittuntur. Vt: Verberat aliàs vehementius, verberat aliàs lenius: Calefactio aliàs magis, aliàs minus calefacit.

IIII. Sic etiam in paſsionibus eſt maius & minus, Vt: qui verberatur, aliàs durius, aliàs mitius verberatur, Quod calefit, aliàs magis, aliàs minus calefit.

PRÆDICAMENTVM Quando.

Præ-

Prædicamentis temporis & loci nomina interrogationum attribuit Ariſtoteles, & admonet vocabula illa, quæ menſuram temporis, aut ſuperficiem localem abſolutè ſignificant propriè ad prædicamentum Quantitatis pertinere: Sed ea vocabula, quæ tempus aut locum cum Relatione ſignificant referenda eſſe ad prædimenta Quando & Vbi. Vt:

In prædic: Quando.

Abſoluta,	*Relatiua.*
Annus,	*Hoc anno, Anno I. anno M.*
Dies.	*Hodie, heri, cras, perendiè.*

In prædic: Vbi.

Domus,	*In domo, domi.*
Nauis.	*In naui.*

Sed hæc diſtinctio valdè curioſè, non obſeruatur.

Ideo, Vſitatè prædicamentum Quando eſt claßis vocabulorum, quæ ſignificant tempus, ſeu potius circumſtantiam temporis adhærentem rebus, Vt: Annus, Menſis, Dies, Hora, Nunc, Hodie, Mane, Meridie, Veſperi, Heri, nudiustertius, cras, perendiè, die Lunæ, Martis, Mercurij &c,

Menſe Ianuario, Februario &c. Menſe abhinc ſecundo, 3. 4. &c. Ante annum vnum, duos, tres, decem, centum, mille &c. Anno

primo,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

primo, ſecundo, tertio, centeſimo, milleſimo &c. Olympiade prima, ſecunda, tertia, &c.

ORDO PRAEDICAMENTI Quando talis eſt.

Vocabula prædicamenti Quando ſignificant tempus.

Præſens.	Præteritum.	Futurum.
Nunc,	Heri,	Cras.
Iam,	Nudius III.	Perendiè,
Modò,	Ante horam,	Poſt horam vnam, duos, tres
Hodie,	Antè annum,	Poſt menſem vnū
Hac hora.	Ante menſem,	Duos, tres, &c.
&c.	&c.	Poſt annū vnū etc.

PRAEDICAMENTVM Vbi.

Prædicamentum VBI, eſt claſsis vocabulorum quæ ſignificant circumſtantiam loci, Vt domi, foris, Athenis, Romæ, Lubecæ, Sleſuici, in agro, in ſylua, in foro, in vrbe, in aqua, in aêre. Item, Athenienſis, Romanus, Lubecenſis, Item, Paluſtris, montanus, Syllueſtris.

Diſtin-

Diſtinguitur autem locus, quod alius dicitur proximus locato, vel locus phyſicus, qui eſt ſuperficies concaua continens locatum, VT: cum dico: Lapis iacet in aqua, tunc locus phyſicus lapidis eſt ſuperficies aquæ, quæ lapidem complectitur. Sic cuiuslibet corporis locus phyſicus eſt concaua ſuperficies in aëre, qui complectitur locatum.

Alius dicitur locus communis, qui non eſt tantùm illa ſuperficies concaua, ſed aliquis amplus locus continens corpus aliquod cum aliјs rebus. Vt lapis iacet in agro, in quo multi aliј lapides iacent. Cicero fuit Romæ, vbi fuerunt multi aliј homines, & alia corpora.

CHRISTVS natus eſt in Bethlehem, Baptiſta prædicauit in deſerto, Pater eſt domi. Quia hæ res ager, Roma, Bethlehem, Deſertum, forum, domus, ſunt lata ſpatia, quæ plura quàm vnum corpus continent, aut continere poſſunt.

PRAEDICAMENTVM Situs.

Prædicamentum SITVS, eſt claſſis vocabulorum, quæ ſignificant ſtatum & poſitum corporis & partium eius, VT: Stare, ſtatio, Sedere, ſeſſio, Inclinare ſe, inclinatio, accubare, accubitus, iacere, pronus, ſupinus, &c.

PRÆ-

PRAEDICAMENTVM Habitus.

Prædicamentũ Habitus, eſt claſsis vocabulorum, quæ veſtitum aut ornatum corporum, aut ipſas veſtes, ornamenta & tegumenta ſignificant, quatenus non materia aut figura, ſed ratio veſtiendi conſideratur. vt: VESTIS, veſtitum eſſe, TVNICA, Tunicatum eſſe. TOGA, togatus. PRÆTEXA, prætexatus, CALCEVS, calceatus. OCREA, ocreatus, CALIGA, caligatus. GALEA, Galeatus, TORQVES, torquatus, ANNVLVS, annulatus. CATENA, catenatus, quando conſideratur ornamentum.

Pertinent etiam huc nomina, quæ tegumenta naturalia ſignificant, cum ratio tegendi conſideratur, vt: Squama, Teſta, Cortex etc.

DE DEFINITIONE, ET VSU Prædicabilium & Prædicamentorum in definitionibus.

I. Dixi quæſtionem Methodi tertiam, Quid ſit? quærere de definitione rei, ad cuius inuentionẽ neceſſaria eſt doctrina prædicabilium & prædicamentorum: Itaq; in arte definiendi inſignis

Differentia dicitur quod differre facit suam speciem ab aliis

ſignis prædicabilium & prædicamentorum v-
ſus & vtilitas conſpicitur.

Secunda vtilitas conſpicitur in modis prædicandi & differentijs propoſitionum. II.

Tertia in arte inueniendi argumenta, quæ vocatur τόπικα, vt: III.

Genus	Differentia.	
Homo eſt animal,	rationale	——In prædicamentis & prædicabilibus.
Homo eſt animal,		————In propoſitionibus.
Tyrannus eſt lupus,		———Prædicatio figurata.
Ruta eſt Herba.		———Prædicatio neceſſaria.
Ruta eſt viridis.		———Prædicatio contingens.

Eſt autem definitio duplex: Alia eſt nominis definitio, quæ eſt Grammatica vocabuli ſeu phraſis interpretatio iuxta cuiuſq; linguæ proprietatem, aut figuras, pertinetq; ad primam quæſtionem Methodi.

Alia eſt definitio rei, quæ propriè ad hanc quæſtionem tertiam pertinet, Eſtq; oratio, quæ eſſe rei, ſeu quid res ſit, exponit aut deſcribit. vt cum dico: Homo eſt animal, rationale, conſtans anima & corpore, creatum ad imaginem & ſimilitudinem Dei, quod intelligere, loqui, numerare poteſt. Hæc oratio deſcribit ipſum eſſe hominis, Seu quæ res ſit homo, Ergo dicitur definitio rei: Sic hæc oratio: Virtus eſt habitus

bitus voluntatis, bonus, inclinans ad agendum ſecundum rectam rationem: eſt definitio re quia exponit quæ res ſit virtus.

DE CONDITIONIBVS *Bonæ definitionis.*

Iureconſulti dicunt: Periculoſum eſſe definire, propterea quod malæ definitione multas contentiones & obſcuritates adferun rebus. Itaq; obſeruari debent, hæ conditione bonæ definitionis.

I *Definitio debet eſſe perſpicua, caren ambiguis & obſcuris vocibus. Nam magnu eſt definitionis vitium cùm eſt obſcurior defi nito, quod fit cum verbis obſcuris, perplexi aut ambiguis conſtat. vt: Hæc definitio cocle inepta eſt, quia eſt obſcurior definito: Terrige na, herbigrada, domiporta, ſanguine caſſa Item, Illa teſtudinis, quadrupes, tardigrad agreſtis, humilis, aſpera, capite breui, ceruic anguina, aſpectu truci, euiſcerata, cum ani mali ſolo: Aut cum ambigua eſt definitio tum vt dictum eſt, magnas diſputationes gign ſicut apud phyſicos vox ἐνδελεχεία in def nitione animæ peperit infinitas contentiones.*

II. Bo

XII. Bona definitio conuertitur cum definito, hoc eſt, Neq; latior debet eſſe, neq; anguſtior quam definitum. VT: Homo eſt animal bipes, VITIOSA definitio eſt, nam etiam Gallinæ, anſeres, & aliæ aues ſub tali definitione continentur. SIC animal cornutum, Lepus eſt animal, longis auribus, ſunt vitioſæ definitiones, quia latius patent, quam definita. Sunt enim etiam boues & capræ & hirci animalia cornuta, & aſini etiam longos aures habent; VITIOSÆ etiam ſunt hæ definitiones.

Animal irrationale, eſt corpus animatum, ſentiens, quadrupes. Et virtus, eſt habitus voluntatis bonus, ſuum cuiq; tribuens. Quia ſunt anguſtiores definitis, prior enim tantum animalia quadrupedia complectitur, excluſis auibus, piſcibus, ſerpentibus, poſterior tantum vnam ſpeciem virtutis, Videlicet iuſticiam tantùm particularem deſcribit, excluſis cæteris.

DE PARTIBVS DEFINITIONIS.

Sicut omnis res materialis conſtat materia & forma, quæ diſtributio etiam ſuo modo accommodatur ad accidentia, quæ materia ex qua carent; Ita omnis bona definitio conſtare

debet genere & differentia: Genus eſt nomen commune proximum definito, quod ſumitur ex eo prædicamento, in quo vox definienda ponitur, & monſtratur per hunc titulum prædicabile genus in ordinibus prædicamentorum, vt cum hæc vox homo definienda eſt, proximum genus in prædicamento ſubſtantiæ eſt animal. Cùm definienda eſt Ruta, proximum genus in prædicamento ſubſtantiæ eſt herba. Cùm definienda eſt virtus, proximum genus in prædicamento Qualitatis eſt habitus voluntatis:: Cùm Indiuidua definiuntur, tunc quia ipſa ſpeciei naturam induunt, ideo etiam generis loco ponitur proxima ſpecies, Vt: Cicero eſt homo, Lyciſca eſt canis, Bucephalus eſt equus. Aliquando autem in relatiuorum definitionibus genus ex alio prædicamento ſumitur. Quia pro genere ponitur fundamentum ſeu fundamenti genus, ſeu fundamenti ſubiectum. Vt: Rex eſt perſona ſeu homo habens regnum. Pater eſt perſona ſeu homo habens Filium. Dominus eſt perſona vel homo habens ſeruum. Limes eſt ſaxum agro poſitum, vt diſcernat agros. Simile eſt qualitas cum alia qualitate conueniens, vel eſt aliquid ſeu quædam res alteri rei Qualitate ſimilis. Æquale eſt quantitas alteri quantitati æqualis, vel eſt ali-

quid

quid ſeu quædam res, quæ alteri rei quantitate æqualis eſt. Differentia eſt formalis deſcriptio, quæ addita generi definitum deſcribit, & ab alijs ſpeciebus diſcernit, Vt, vox Rationale eſt, differentia hominis quæ addita generi animal deſcribit hanc ſpeciem vnam quæ vocatur homo, & eam diſcernit ab omnibus alijs ſpeciebus animalis.

DE FORMIS DEFInitionum.

Cùm vera eſſentialis differentia rerum neſcitur, ſicut in prædicamento ſubſtantiæ earum magna eſt inſcitia, non enim ſcimus quæ ſit forma eſſentialis, qua bos ab equo, canis à lupo, pomus à pyro, quercus à fago, Ruta à Saluia differat: tunc vtendum eſt alijs differentiarum ſpecificarum deſcriptionibus, quæ vel à proprijs actionibus, vel à cauſis, vel ab effectibus, vel à partibus, vel ab accidentibus ſumuntur. Ideoq; ſunt multæ formæ definitionum, quæ tamen ad quatuor principales formas referri poſſunt. Quarum prima eſt eſſentialis definitio. II. Definitio cauſalis. III. Definitio collecta à coaceruatione partium. IIII. Definitio collecta à coaceruatione accidentium.

Homo eſt animal, rationale. Eſſentialis definitio.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Equus animal, irrationale. Eſſentia
definitio eſt, ſpecifica differentia neſcitur, Ergo
pro differentia ponitur propriũ videlicet Hin-
niens.

Magnes eſt lapis attrahens ferrum, & v-
vertens ad aquilonem. Hic propria pro diffe-
rentia quoq; ponuntur.

Cùm autem vt plerumq; fit, in vna defini-
tione plures formæ concurrunt, hoc eſt, cum v-
na definitio varijs formis conſtat, nimirum
quando vna pars ſumitur à proprio, alia à cau-
ſis, alia ab accidentibus, tunc talis definitio ac-
cipit denominationem à principali forma ſiue
parte. Vt: Homo eſt animal rationale, quod in-
cedit erecto corpore, habet corpus, pectus, ven-
trem, manus, pedes, eſt ſubiectum calamita-
tibus. Vocatur eſſentialis definitio, licet ex alijs
formis ſint aliæ partes definitionis admixtæ.

DE ESSENTIALI Definitione.

ESSENTIALIS definitio, eſt quæ
conſtat genere & differentia ſpecifica. Sic di-
cta, quia genus & differentia ſpecifica eiuſ-
dem prædicamenti, in qua ponitur vox defini-
ta, deſcribunt eſſentiam cuiuſq; rei, ſiue ſub-
ſtantia ſit, ſiue accidens, nam in hac doctrina

eſſen-

Eſſentiæ nomine vtimur pro re conſiderata, ſiue ſit in prædicamento ſubſtantiæ, ſiue ſit accidens. Vt Homo eſt rationale, vel Homo eſt ſubſtantia, corporea, animata, ſentiens, rationalis. Item, Virtus eſt habitus voluntatis bonus, & cum pro differentia ponitur proprium quarti modi, etiam eſſentialis definitio vocatur. VT: *Homo eſt animal, quod loqui, numerare, raciocinari poteſt. Item, Virtus eſt habitus, inclinans voluntatem ad obediendum rectæ rationi. Equus eſt animal, irrationale, hinniens. Magnes eſt lapis, attrahens ferrum, & vertens ſe ad aquilonem. Tales definitiones etiam referuntur ad eſſentiales, licet à proprijs ſumptæ ſint. Et quanquam aliquæ Relatiuorum definitiones ad cauſales referũtur, propterea quod Relatiua & Correlatiua ſibi inuicem ſunt appellationis cauſæ, tamen malo eas ad eſſentiales referre, iuxta Ariſtotelis definitionem: Relatiua hoc ipſum quod ſunt, aliorum ſunt: Itaq; relatiua definitio eſſentiam relatiui ſignificat, eſt enim ipſa Relatio forma ſeu differentia eſſentialis Relatiuorum:* VT: *Rex eſt qui habet regnũ. Eſſentialis definitio eſt, quia habere regnum eſt eſſe regis, vel cauſalis, quia habere regnum eſt cauſalis, cur Rex dicatur. Item, Pater eſt qui habet filium.*

DE CAVSALI DEfinitione.

Cauſalis definitio, eſt in qua pro differentia recenſentur cauſæ, vel omnes, vel aliquæ. Sunt autem cauſæ quatuor: Materialis & Formalis. Vocantur cauſæ interiores, quia ſunt eſſentia rei, & manent in re, atq; cum definitio his conſtat, etiam non ineptè eſſentialis dici poteſt. Efficiens & Finalis vocantur cauſæ exteriores, quia ſunt eſſentia rei, ſed extra rem ſunt, & ſine ipſis res manere poteſt. Vt Domus eſſe poteſt, vel nauis etiamſi architectus mortuus ſit, aut domus non habitetur, & nauis non nauiget, Vt:

EXEMPLVM.

Cereuiſia eſt potus, coctus ab hominibus ex aqua, hordeo & Lupulo, ad hominum nutritionem: Hæc definitio cauſalis eſt, quia cauſas recitat.

Item, Lex eſt inuentum, & donum Deorum, decretum ſapientium virorum, emendatio delictorũ conſultò vel inconſultò admiſſorum, ciuitatis commune pactum, iuxta quod omnes viuere decet.

Genus, differentia ab efficiente cauſa

Cereuiſia eſt potus, coctus ab hominibus,

à ma

à materialibus cauſis,
ex aqua, hordeo, & lupulo,
à finali cauſa.
ad nutritionem hominum.

ALIUD.

Domus eſt ædificium conſtructum ab architectis, & operarijs ex lignis, lapidibus, Cemento, argilla ad habitationem. Sic hæc definitio: Domus Dei ſeu templum eſt domus Orationis, Cauſalis defin: quia à cauſa finali ſumpta eſt.

ALIUD.

Homo eſt animal ciuile & ſociabile cauſalis defin: quia recitatur cauſa finalis iuxta Philoſophiam, id eſt, homo eſt conditus ad ciuilitatem & ſocietatem.

DE DEFINITIONE COLlecta ex coaceruatione partium & ſpecierum.

Definitio ex partibus vel ſpeciebus eſt, quæ rei partes ſeu ſpecies recitat, vel eſt talis definitio in qua pro differentia ponuntur ſpecies vel partes. Vt: Grammatica eſt ars, quæ complectitur ſcientiam Orthographiæ, Proſodiæ, Etymologiæ & Syntaxis. Domus eſt ædi-

ficium conſtans fundamento lateribus tabulatis & tecto.

Honeſtum eſt quod conſtat prudentia, iuſticia, fortitudine & temperantia. Iuſticia vniuerſalis eſt ſiſtema omnium virtutum. Pœnitentia vera eſt conuerſio conſtans contritione, ſide & noua obedientia.

DE DEFINITIONE COLlecta ex accidentibus.

Definitio ex accidentibus collecta, eſt cum differentia addita generi per accidentia circumſcribitur, ita collecta, vt vna certa res ſeu ſpecies ab alijs diſtincta deſignetur. Tales ſunt definitiones herbarum, plantarum, & aliarum rerum phyſicarum ſeu naturalium fermè omnium. Sicut enim res per accidentia incurrunt in ſenſus. Vt herba per ſua accidentia videtur, guſtatur, odoratur, tangitur, & ſecundum hæc accidentia ab alijs herbis dinoſcitur: Ita etiam definitiones ex coaceruatione talium accidentium conficiuntur.

EXEMPLA.

IGNIS eſt elementum calidum & ſiccum & lucidum. AQVA eſt elementum humidum & frigidum In indiuiduorum definitionibus

diſcri-

diſcrimina etiam ab accidentibus ſumuntur, Vt perſonarum aut aliarum rerum diſcrimina, vt cum quis vult definire vnum certum agrum, ſumit definitionẽ ab accidentibus, id eſt, à loco & à vicinitate aliorum agrorum. Hæ itaq; ſunt præcipuè formæ definitionum ad quas fermè omnes referri poſſunt. Eſt & alia forma aliquando vſitata, videlicet ex contrarijs conſtans definitio. Vt in verſu: VIRTVS eſt vitium fugere, & Sapientia prima, Stulticia caruiſſe, id eſt, Virtus eſt fuga vitiorum & ſapientia eſt carentia ſtulticiæ.

DE QVARTA ET QVINTA quæſtionibus Methodi.

QVARTA methodi quæſtio eſt: Quæ ſint rei partes.

QVINTA quæſtio, Quæ ſint ſpecies? Hæ quæſtiones iubent, vt in explicatione quæſtionis propoſitæ inquirantur rei totius partes, aut generis vniuerſi ſpecies, & de ſingulis diſtinctè dicatur. Non enim eadem omnibus partibus aut ſpeciebus conueniunt, Sed quælibet pars aut ſpecies ſemper habet aliquid proprij, vt in corpore humano ſingula membra ſuas habent proprias actiones, & inter virtutis ſpecies ſingula habent ſua officia propria, & inter

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

animalium ſpecies quælibet habent ſua propria: Vt itaq; ineptus eſſet, ſi quis actionem aliquam hominis ſingulis partibus indiſtinctè aſsignaret & pedes loqui, caput ambulare, manus videre, ventrem rationari diceret: Ita eſt ineptus, qui in alijs materijs non obſeruat diuiſiones ſeu diſtinctiones ſpecierum & partium, Nam omne multiplex indiſtinctum parit confuſionem. Contra verò, bona diuiſio ſeu diſtinctio magnam omnibus materijs lucem adfert, Ideo Socrates dixit: Si nactus fuerit ducem, qui rectè partiri ſciat, eius ſe veſtigia, tanquam Dei, ſecuturum eſſe. Et debent adoleſcentibus nota eſſe hæc dicta: Qui benè diuidit, benè docet, Qui benè diuidit, benè diſcit. Qui benè diſtinguit, benè ſoluit. Qui benè diſtinguit, benè iudicat.

DE FORMIS DIVIſionum.

Quatuor ſunt diuiſionum formæ.

PRIMA eſt diſtinctio vocis multa ſignificantis in ſua ſignificata. Huius vtilitas eſt, vt in qualibet quæſtione ſeu oratione, vna certa ſignificatio vocum conſtituatur. Nam de ambiguis indiſtinctis nihil certi dici poteſt, vt cum Theologus debet dicere de dicto: Si vos

filius

filius liberauerit, verè liberi eritis, neceſſe eſt eum primum diſtinguere inter ſignificationes vocis libertas, vt initio conſtituat, quod hoc dictum non de libertate ciuili, ſed de ſpirituali intelligendum ſit. Sic dicturus de hoc dicto, Nolite fieri ſerui hominum: debet initio diſtinguere inter ſignificationes ſeruitutis, vt conſtituat, dictum illud non tollere ſubiectionem ciuilem, aut politicam, aut œconomicam, quia non loquitur de ciuili ſeruitute, ſed de ſpirituali, qua conſcientia in ſeruitutem redigitur, Simili modo dicturus de iuſticia peccatoris coram Deo, debet ſignificationes vocis iuſticiæ diſtinguere, vt conſtituat certam ſignificationem eius vocis in hac quæſtione ſeu propoſitione.

DE SECVNDA FORMA diuiſionis.

Secunda forma eſt diuiſio generis in ſuas ſpecies. Eius formæ exempla proponuntur in ordinibus prædicamentorum, qui his diuiſionibus conſtant à diuiſione ſummi generis vſque ad conſtitutionem infimarum ſpecierum.

Genus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Genus.

Subſtantia.

Increata — Creata

Species ſubſtantiæ.

Spiritualis. — Corporea.

Seruit autem hæc forma diuiſionis definitionibus rerum, Quicquid enim definitur eſt ſpecies, Nam cum genus aut indiuiduum definiuntur, fit genus ſpecies, & Indiuiduum ſpecies naturam accipit, Vt cum definitur animal genus hominis & equi, tunc non definitur vt genus, ſed definitur vt ſpecies corporis animati hoc modo: Animal eſt corpus animatum ſentiens, Neceſſe autem eſt vt in omni recta definitione ſpecies, quæ definitur, ab alijs ſpeciebus eiuſdem generis diſtinguatur, quod fit per differentias ſpecificas, vel per propria, vel per cauſas, vel effectus, vel per ſubiecta, vel per obiecta, vel per accidentia, vt ſupra dictum eſt, vt cum in prædicamento ſubſtantiæ definiendus eſt angelus, neceſſe eſt vt mox cogitetur de huius vocis genere & differentia quæ eã ab alijs ſpeciebus eiuſdem generis diſcernat, Eſt autem proximum genus ſpiritus creatus, ſed

quia

quia ſub eodem genere etiam alia ſpecies, videlicet anima continetur, ideò per certam differentiam facienda eſt diſtinctio. Angelus eſt ſpiritus creatus, cœleſtis, non factus ad vnitionem cum corpore, vt anima, poſtea adduntur aliæ partes definitionis. Cùm definienda eſt virtus, primum quærendum eſt genus, videlicet virtus eſt habitus, Sed quia ars etiam eſt habitus, ideo inquirenda differentia diuidens ſeu diſtinguens virtutem ab arte, quæ ſumitur à ſubiecto & ab effectu ſeu proprio, Virtus eſt habitus voluntatis inclinans ad agendum ſecundum rectam rationem. Nam ars habet aliud ſubiectum videlicet intellectum, & ſunt vniuſcunq; artis alij effectus, Cùm dicendum eſt de vindicta ordinata & legitima, qua ab inordinata & illegitima vindicta diſtinguatur. Cùm definienda eſt Ruta, primum quærendum eſt genus, genus eſt herba, poſtea inqurienda eſt differentia per accidentia, quibus ab alijs ſpeciebus eiuſdem generis, id eſt, ab alijs herbis diſtinguatur. Porro in hac forma obſeruandum eſt, quod ſpecies infimæ in ordine prædicamentorum aliquoties ſubdiuiſiones ex accidentium & circumſtantiarum varietate accipiunt, vt etſi homo eſt infima ſpecies, tamen recipit has diuiſiones, ex varietate locorum:

Homo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Homo alius eſt Romanus, alius Græcus, alius Germanus, alius Anglus, alius Danus, alius Gallus. Ex ætate, homo alius eſt infans, alius adoleſcens, alius vir, alius ſenex. Ex ſexu: Homo eſt aut maſculus, aut fœmina, Ab alijs accidentibus: homo alius eſt ſanus, alius ægrotus, item, homo alius eſt breuis, alius eſt longus. Item, Homo alius eſt doctus, alius indoctus, Item, Alius eſt pulcher, alius deformis, alius eſt modeſtus, alius immodeſtus, Item, homo alius eſt pater, alius eſt filius.

Ita flos ſubdiuiſiones accipit, alius flos eſt vernus, alius æſtiuus, alius eſt autumnalis, alius eſt rufus, alius luteus, alius ceruleus, alius albus, tales diuiſiones multæ ſunt in artibus & præcipuè in medicina & Iurisprudentia, vbi fermè ſinguli caſus ſecum adferunt ſingularem ſubdiuiſionem. Et ſi quis mauult has ſubdiuiſiones referre ad quartam ſpeciem cum eo non contendam.

DE TERTIA FORMA diuiſionum.

Tertia forma eſt diuiſio totius in partes & dicitur propriè partitio, quia partes ſeu membra rei recenſet & diſtinguit. Et à ſecunda forma differt, quod diuiſio generis quærit multa infe-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

inferiora, de quibus idem genus prædicatur: ſed partitio eſt enumeratio partium conſtituentium vnam aliquam rem.

Animal.	*Virtus.*
Homo, Equus, Leo, Canis.	*Prudentia, Iuſticia, fortitudo, Temperantia.*
De his ſpeciebus prædicatur genus, animal.	*De his ſpeciebus prædicatur genus, virtus.*

Homo.	*Corpus humanum.*
Anima, Corpus	*Caput, collum, pectus, venter, brachia etc.*
Partes totius nec totum prædicatur de ſingulis.	*Partes totius, de quibus ſingulis non prædicatur totum.*

Pœnitentia.

Contritio, Fides, Noua obedientia.

Partes totius.

Nec tantum ſubſtantiæ partes habent, Vt homo conſtat anima & corpore, corpus humanum conſtat capite, collo, pectore, ventre, brachijs & pedibus, ſed etiam multa alia prædicamen-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

mentorum vocabula partitionem recipiant. Vt numerus denarius conſtat duobus quinarijs & decem vnitatibus. Item, Senario & quaternario, aut ſeptenario & trinario &c. Vlna conſtat quatuor quadrantibus. As duodecim vncijs. GRAMMATICA habet quatuor partes: Orthographiam, Proſodiam, Etymologiam & Syntaxin. Huius etiam formæ magna eſt vtilitas in omnibus artibus. Vt: Grammaticus omnia vocabula partitur in octo partes orationis. DIALECTICVS Syllogiſmo partitur in propoſitiones & terminos. PROPOSITIONES partitur in ſubiectum & prædicatum. RHETORICA diſpoſitio nihil aliud quam partitio orationis eſt. PHYSICA anatomia eſt partitio corporis humani. IVRECONSVLTIS etiam partitiones vſitatiſſima ſunt, Vt cum docent, quæ partes requirantur ad iudicium, quibus partibus conſtat emptio aut alius legitimus contractus. De partium differentia dicetur in quarto libro.

DE QVARTA FORMA diuiſionum.

QVARTA forma, eſt diuiſio ſubiecti in accidentia propria. Hac forma vtimur cum dicimus perſonæ vel rei conditiones proprias

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Effectus enumeramus, *Vt cum Paulus 1. ad Timoth. 3. recitat conditiones boni Epiſcopi. Cicero pro lege Manilia recitat conditiones boni Imperatoris, habeat ſcientiam rei militaris, virtutem, autoritatem & felicitatem.*

Ad hanc formam pertinent omnes diſtributiones officiorum, vt cum boni Magiſtratus, aut Iudicis, aut Patrisfamilias officia recenſentur. Item, diſtributio effectuum, aut cum Medicus herbæ virtutes, aut operationes, aut morbi effectus, aut Iureconſultus legis effectus enumerat.

Porrò adoleſcentes diligenter ſe adſuefacere debent, vt in omnibus artibus, quibus dant operam, diuiſiones & partitiones cum ſingularum ſpecierum & partium differentijs & diſtinctionibus, ex quibus conſtituuntur definitiones, probè teneant. Nam hæc ſcientia magna eſt pars veræ & ſolidæ eruditionis.

DE ALIA DISTINCTIONUM DIFFERENTIA.

Duplex eſt diſtinctio: Vna vocatur REALIS, *Altera vocatur* DISTINCTIO RATIONIS.

REALIS *diſtinctio eſt rerum diuerſitas, non imaginatione tantum facta, nec à volun-*

tate noſtra tantum inſtituta, Sed quarum re-
rum naturæ ſunt aliæ: De hac diſtinctione te-
neri debent regulæ:

PRIMA. Realiter diſtinguuntur omnes
1. res ſeparatæ, & quæ ab inuicem ſeparari poſ-
ſunt, ſiue ſint ſubſtantiæ, ſiue partes ſubſtan-
tiarum, ſiue accidentia inter ſe comparata: Vt
Deus & Angeli realiter diſtinguuntur, Gabri-
el & Raphael realiter diſtinguuntur, quia v-
terq; habent ſeparatam eſſentiam. Homo &
equus, arbor & quercus & fagus, ruta &
Saluia realiter diſtinguuntur, quia ſunt ſepa-
ratæ ſpecies: Cicero & Scipio, hæc quercus, illa
quercus, hæc ruta, illa ruta, realiter diſtinguun-
tur, quia ſunt ſeparata indiuidua, ſeu eſſen-
tiæ.

Sic partes ſubſtantiarum, caput & pe-
ctus Ciceronis, truncus, rami & folia quercus,
caulis, folia & flos Rutæ, realiter diſtinguun-
tur, quia ſingulæ partes habent ſuam ſubſtan-
tiam. Sic ſubſtantiæ & accidentia, quæ in ſub-
ſtantijs hærent, realiter diſtinguuntur, Vt Cice-
ro & virtus Ciceronis, aqua & calor aquæ
paries & color albus parietis realiter diſtin-
guuntur. Et quanquam habent ſubſtantiæ quæ-
dam accidentia inſeparabilia, quæ non poſſunt
re ipſa ſeparari ſine ſubſtantiarum corruptione

N

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Vt ab igne non poteſt ſeparari calor, donec eſt ignis, tamen rectè etiam dicitur, quod ſubſtantiæ & accidentia inſeparabilia realiter diſtinguuntur propter regulas ſequentes: Sic etiam accidentia quamuis ſimul ſunt in eodem ſubiecto, tamen realiter diſtinguuntur. Vt: Iuſticia Ciceronis & eloquentia Ciceronis, realiter diſtinguuntur. Albus color parietis & altitudo parietis realiter diſtinguuntur. Sic realiter diſtinguuntur accidentia, quæ ſunt in diuerſis ſubiectis, vt albedo huius parietis realiter diſtinguitur ab albedine iſtius parietis. Ariſtidis iuſticia realiter diſtinguuntur à iuſticia Scipionis.

SECVNDA *regula: Quæ in diuerſis* II.
prædicamentis ponuntur, realiter diſtinguuntur. Vt ignis eſt calidus, ponitur in prædicamento ſubſtantiæ, Calor in prædicamento qualitatis. Ergo realiter diſtinguuntur. Sol eſt in prædicamento ſubſtantiæ, Lux Solis in prædicamento Qualitatis, Ergo realiter diſtinguuntur.

TERTIA *regula: Quæ ſub diuerſis gene-* III
ribus ponuntur, realiter diſtinguuntur, vt homo & herba realiter diſtinguuntur, quia homo ponitur ſub genere animal, herba ponitur ſub genere planta. Lux & calor Solis, quia caloris

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

genus eſt qualitas tangibilis, lucis genus eſt qualitas viſibilis.

IIII. QVARTA regula: Quæ ſub diuerſis ſpeciebus ſunt, realiter diſtinguuntur, vt Cicero & Bucephalus realiter diſtinguuntur.

V. QVINTA, Indiuidua ſeparata vnius ſpeciei realiter diſtinguuntur, Vt Cicero & Plato realiter diſtinguuntur,

VI. SEXTA, Quæ in diuerſis ſubiectis ſunt, realiter diſtinguuntur, Vt noticia & affectus realiter diſtinguuntur, quia noticia eſt in mente ſeu parte cognoſcente, affectus ſunt in corde.

DISTINCTIO RATIONIS eſt, cum cogitatio aut voluntas facit diſcrimen in re vna & eadem diuerſis reſpectibus, Vt idem aër eſt ſuperior terra & inferior Luna. Eadem perſona eſt pater filij & filius ſui. Maximilianus eſt Imperator Romanus, Rex Bohemiæ, Rex Vngariæ &c. Cicero eſt Conſul vrbis Romæ, & maritus vxoris, & pater filij, & Dominus ſerui ſui. Hæ diſtinctiones in vna perſona Ciceronis vocantur rationis diſtinctiones.

Diſtinctiones rationis ſecundum reſpectus.

Maxi-

Maximilianus	Imperator Romanus.	reſpectu.	Imperij.
	Rex Bohemiæ.		Regni.
	Rex Vngariæ.		Regni.
	Archidux Auſtriæ,		&c.
	Comes Tyrolenſis &c.		
Cicero eſt	Conſul	reſpectu	Ciuitatis.
	Maritus		Vxoris.
	Dominus		Serui.
	Patronus		Clientis.
	Pater		Filij.

De Reali autem diſtinctione obſeruandum, quod etſi in creaturis diſtinctio Realis & eſſentialis eſt eadem: tamen in doctrina de tribus perſonis diuinitatis eſſentialis diſtinctio à Reali differt. Nam perſonæ: Pater, Filius & Spiritus ſanctus diſtinguuntur Realiter, quia perſona patris non eſt perſona filij aut Spiritus ſancti,, ſed quælibet perſona eſt realiter ab alijs diſtincta, Sicut manifeſtè declaratum eſt, in incarnatione Chriſti, & reuelatione Trinitatis in Baptiſmo Chriſti, Solus .n. filius aſſumpſit carnem. Iuxta dictum: VERBVM CARO FACTVM EST. *Et pater de cœlo dixit:* HIC EST FILIVS MEVS. *Filius eſt Baptiza-*

tus in Iordane, SPIRITVS SANCTVS deſcendit in ſpecie Columbæ: Nequaquam autem diſtinguuntur perſonæ diuinitatis eſſentialiter.

Cicero, Cæſar & Pompeius realiter & eſſentialiter diſtinguuntur, quia perſonæ & eſſentiæ ſunt ſeparatæ, Sed Deus Pater, Deus Filius, & Deus Spiritus ſanctus, realiter quidem diſtinguuntur, ſed non eſſentialiter, quia vna eſt indiuiſa trium perſonarum Eſſentia, iuxta dictum: Ego & pater vnum ſumus. Item: Hi tres vnum ſunt.

DE SEXTA QVÆSTIONE Methodi.

Sexta Methodica quæſtio: Quæ ſint cauſæ? iubet inquiri cauſas, quia Ariſtoteles inquit: Scire eſt rem per cauſas cognoſcere. Et Poëta: Felix qui potuit rerum cognoſcere cauſas. Monet itaq; hæc quæſtio vt ſtudioſi diligentes ſint in inquiſitionibus cauſarum. Primum autem in inquiſitione cuaſarum diſcernendæ cauſæ veræ & per ſe, à cauſis per accidens, & à cauſis ſine quibus non, quia magnus error eſt cùm cauſa per accidens, aut cauſa ſine qua non, recenſetur pro cauſa vera ſeu propria, ſeu per ſe cauſa, Vt, Si quis verba faci-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

aciens de temperantia, dicat neceſſariam eſſe adoleſcentibus febrim, quia ſit cauſa temperantiæ. Aut ſi quis docens de ſanatione vulneris, dicat remotione puris conſolidari vulnus.

Eſt autem cauſa per accidens, qua poſita in actu non eſt neceſſe ſequi effectum. Vt: etiamſi aliquis laboret febri, tamen non ſequitur, vt neceſſario fiat temperans: Etiamſi quis fodiat agrum, tamen non eſt neceſſe, vt inueniat theſaurum. Etiamſi aliquis eſt doctus, tamen non eſt neceſſe vt ſit ſuperbus: Obſeruetur autem regula Ariſtotelis in 5. Ethicorum: Id quod per accidens fit, nihil ad artes pertinet. Ergo in explicatione cauſarum rei alicuius non eſt neceſſe inquirere ſollicitè cauſas per accidens.

Cauſa ſine qua non eſt, quæ cum neq; materia neq; forma neq; efficiens, neq; finalis rei cauſa ſit, tamen ita adeſt, vt ſine ea effectus fieri non poſſit. Galenus dicit: Quæ nihil conferunt, non poſſunt autem ſeparari à conferentibus, habent rationem cauſæ ſine qua non. Vt: remotio puris, etſi nihil agit efficaciter ad ſanationem vulneris: tamen ſine ea vulnus non poſſet ſanari. Sic etſi Lux nihil facit efficaciter ad ædificium ſeu aliud opus, vt, ſcriptionem

aut picturam: tamen architectus ſine luce non poteſt ædificare, aut ſcriptor ſcribere, aut pictor pingere.

Cauſa per ſe ſeu vera cauſa eſt, qua poſita in actu cum cæteris cauſis per ſe neceſſe eſt ſequi effectum, & qua non poſita in actu etiamſi cæteræ ponantur, non poteſt tamen ſequi effectus. Et quidem cauſæ per ſe ſunt quatuor: Efficiens, Materia, Forma & cauſa finalis. Quæ ſunt aut partes rei. Vt materia & forma, Aut ſua Vi agunt aliquid, vt efficiens ſua vi agit in materiam, aut mouent efficientes cauſas, vt finalis cauſa mouet efficientem ad agendum.

EXEMPLI GRATIA.

Domus materia ſeu materialis cauſa ſint ligna lapides cementum: Forma ſeu formalis cauſa eſt ipſa ædificij ſtructura, conſtans fundamento, parietibus & tecto.

Efficiens cauſa ſunt Architecti, & operarij agentes in materiam ad effectionem formæ.

Finalis cauſa eſt cogitatio mouens efficientem, Vt agat in materiam, ad inducendum formam. Ex his quatuor cauſis, ſi vna deſit aut plures, tunc non fit domus.

Cauſa per ſe.

Efficiens——Architectus.
Materia——Lapides, ligna, cementum.
Forma——Structura.
Finalis——Cogitatio de habitatione.

Fit Domus.

Efficiens, ſi adeſt
Materia ſi deeſt
Forma ſi deeſt
Finalis ſi adeſt } non fit domus.

EFFICIENTIS CAVSÆ prima diuiſio.

Efficiens cauſa eſt, à qua primo fit motus, id eſt, quæ reuera agit, vt aliud efficiat: …a eſt aut naturalis aut voluntaria.

Naturalis efficiens cauſa eſt, quæ naturali vi ſine deliberatione agit, nec poteſt ſuſpendere actionem admota materia, Vt Ignis naturali vi ſine deliberatione calefacit, & vrit, cum admouetur ſtipula aut ſiccum lignum, non poteſt actionem ſuſpendere. Sic aqua naturali vi humectat. Sic Cicuta naturali vi hominem interficit.

Et naturalis cauſa ſemper eodem modo in materiam eandem ſeu ſimilem agit, exceptis ijs,

quæ fiunt per accidens aut per impedimenta. Vt vinum natura calefacit, & humectat corpora, ſed cum nimium hauſtum eſt tunc exſiccat. Magnes ſemper trahit ferrum ſed cum illinitur allium, deſinit trahere, quia impeditur virtute allij. Ad hanc itaq; cauſam pertinent omnes diſputationes Phyſicæ de naturalibus virtutibus rerum naturalium.

Voluntaria cauſa eſt, quæ deliberatione & voluntate agit, & poteſt actionem ſuſpendere & intermittere quando vult. Vt, Faber poteſt ædificare aut non ædificare cum vult. Scriptor poteſt ſcribere aut non ſcribere cum vult.

SECVNDA DIVISIO.

Efficiens alia eſt Vniuerſalis, quæ vocatur aliàs prima cauſa, Vt Deus eſt vniuerſalis cauſa, fouens naturam creatam.

Alia eſt Particularis vel ſecunda, quæ in creaturis eſt determinata ad aliquem effectum producendum. Vt Sol eſt determinatus ad faciendum diem, & ad calefaciendum.

TERTIA DIVISIO.

Efficientes cauſæ ſunt aut Totales aut Partiales.

Tota

TOTALES ſunt, quæ ſufficiunt ad rem ſiciendam, Vt: Deus eſt totalis cauſa crea-onis.

PARTIALES cauſæ ſunt, quæ ſine ijs non ſufficiunt ad producendum effectum: æcq́; ſunt duplices. Aut enim ſunt ordinatæ copulatæ eſſentialiter, vt vna ſine altera n poßit effectum in natura ordinatum pro-cere quantumuis ſit fortis. Vt Mas & Fœ-ina ſunt ordinatæ cauſæ partiales generatio-is. Aut ſunt accidentaliter, & non neceſſariò pulatæ, Vt: Auriga duos aut tres aut quatu- equos coniungit ad trahendum currũ, quem pe vnus trahere poſſet. Sic Architectus con-cit ſex ſeptem aut decem mercenarios acci-ntaliter pro arbitrio.

ita partes principales cauſæ efficientis ordinatæ & copulatæ eſſentialiter ſunt in humano corpore

QVARTA DIVISIO.

Regula Hic notanda

Efficiens cauſa, alia eſt propinqua, quæ a vi admota producit effectum. Alia eſt re-ota, quæ propinquam fouet aut ciet, quæ eſt uſa propinquæ cauſæ. Vt Architectus eſt pro-nqua cauſa ædificij, ſed qui Architectum nducit, remota cauſa ædificij eſt. Sic Auus Auia Remotæ cauſæ Nepotis ſunt. De Re-otis cauſis dicitur: Quicquid eſt cauſa cau-, eſt etiam cauſa cauſalis. Vt:

Quo quæque cauſſa propior fuerit ſuo effectui eo magis propria & conſtricta magis erit effectui cauſæ ſuæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Auus { —Pater—Filius. | —Filius—Nepos.

Auus eſt cauſa Filij, Ergo eſt etiam cauſa Nepotis. Cometa eſt cauſa venenatorum habi-tuum in aêre. Ergo etiam eſt cauſa morborum qui ex illis naſcuntur.

Cometa, Venenati halitus. Peſtis.

Cauſa. Cauſa.

Cauſa Cauſæ.

Sæpè autem Remotæ cauſæ in pari gradu ponuntur cum propinquis præſertim in Ethicis iuxta Regulam Iuris: Quod quis per alium fa-cit, per ſeipſum feciſſe videtur. Vt: Qui ſica-rium conduxit ad perpetrandum homicidium etſi eſt remota cauſa homicidij, tamen ſimili pœ-na cum homicida afficitur, quia ſimul homici-da eſſe cenſetur.

Remota, Remota, Propinquæ cauſæ interfectionis Chriſti.

Iudæi, Pilatus, Miniſtri Pilati.

In eodem gradu:

Omnes crucifixores Chriſti.

Sæpè

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Sæpè Remotæ cauſæ propinquis præfe-
...untur. Vt qui furioſo dat gladium eumq́; irri-
...ut contra alium, is in maiori culpa eſt quam
...pſe furioſus. Sic qui rabidum canem ſoluit, &
...alium immittit, verè reus eſt necis.

Huc pertinet diſputatio de coactione,
...um cogens alium ad agendum, eſt remota qui-
...em cauſa, ſed cum propinqua hæret in culpa
...riter.

QVINTA DIVISIO.

Efficiens cauſa alia eſt antecedens, quæ à
...edicis προηγουμένη vocatur, eſtq́; diſpoſitio
...ædam ad effectum: v t: Rubra bilis in cor-
...re diſponit corpus ad febrem tertianam: Cu-
...ditas principatus in Iulio Cæſare fuit antece-
...ns, & diſponens cauſa ad bellum ciuile.

Alia eſt προκαταρκτικὴ, id eſt, irrita-
...x cauſa, quæ antecedentem irritat & exci-
... ad effectum, vt: iniurgitatio vini mouet
...bram bilem, vt fiat febris. Ereptio conſula-
... irritat & mouet Iulium appetentem prin-
...atum, vt bellum moueat. Huic affinis eſt
...caſio, quæ non eſt verè cauſa, ſed tantum
...cumſtantia præbens agenti viam ad agen-
...m, Sicut dicitur occaſio facit furem. Item,
...ox & amor vnumq́; nihil moderabile ſua-
dent.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

dent, Amor eſt προηγουμένη, *vinum eſt* προ
καταρκτικὴ, *ſed nox eſt occaſio.*

SEXTA DIVISIO.

honeſtum in Rhetorica ad cauſa efficientem pertinet.

Efficiens cauſa aut eſt principalis, quæ principaliter agit in materiam ad inducendu formam, vocaturq́; αἴτιον, vt principalis cau ſa ædificij mens architecti. Aut eſt minus prin cipalis, & vocatur σύναιτιον quaſi concau vel συνεργόν, id eſt, cooperans cauſa. Et h eſt, aut diſponens vel præparans, vt macera & aſſatio hordei in coctione cereuiſiæ, aut adiuuans, quæ in ipſa effectione cum princip agit, vt ſocij cum architecto agunt, aut eſt ſtrumentalis, aut eſt ὑπηρετικὸν *inſeruiens. temperantia eſt* ὑπηρετικὸν *precationis, qu ſeruat tranquillitatem cerebri, quæ eſt nec ſaria ad intentionem cogitationis in precatio Aut eſt conſulens, cuius locus tantum eſt in gentibus cum deliberatione,* VT *Themiſto conſulens Athenienſibus, vt defendant claſſe contra Xerxen conſulens cauſa fuit ctoriæ, aut eſt conſeruans, vt leges bon ſunt cauſæ conſeruantes bonum ſtat Reipub: bona diæta eſt cauſa conſeruans va tudinem bonam.*

DE CAVSA MATE-riali.

Materia propriè dicitur ex qua aliquid fit, vt ex ligno vel lapide fit ſtatua, figulus ex luto facit vaſa. Sic lignum & lapis eſt materia ſtatuæ, lutum vaſis. Sed in Dialecticis ſolet materia tripliciter diſtingui. Alia vocatur materia ex qua, alia materia in qua, alia materia circa quam. Materia ex qua propriè eſt materia, nimirum illud, ex quo fit aliud vel aliquid, vt: Deus ex luto fecit hominem, architectus ex lapidibus, lignis & cemento ædificat domum. Piſtor ex farina facit panem.

De hac materia eſt regula Phyſica: Ex nihilo nihil fit, Quæ tamen regula non habet locum in doctrina de creatione & omnipotentia Dei. Itaq; Ariſtoteles inquirens iuxta hanc regulam æternam materiam mundi, & idcirco negans creationem fallitur. Cùm autem accidentia careant materia ex qua, ideò in propria accidentium explicatione ſubiectum accidentis vocatur eius materia in qua, quæ eſt nihil aliud quàm ſubiectum ſuſtinens accidens, aut in quo hæret accidens, vt longitudo & latitudo, & color in pariete, hærent in pariete tanquam in ſubiecto. Sic ſcientiæ & artes hærent in ani-

ma

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

ma ſeu mente tanquam in ſubiecto affecti
num motus ſignificat in corde vt in ſubiect
eloquentia eſt in Cicerone vt in ſubiecto. M
teria circa quam vocatur obiectum, vt obi
ctum viſionis eſt lux ſeu color, aut figura in
viſa, obiectum amoris eſt res amata.

DE CAVSA FOR-
mali.

Forma vſitatè definitur, quod ſit cauſ
quæ dat eſſe, hoc eſt, ipſa conſummatio, qu
res eſt talis, & propter quam res tale nome
accipit, vt conſummatio ſeu forma domus e
cauſa, cur illud ædificium ſit, & vocetur d
mus, conſummatio nauis, ſeu ipſa forma e
cauſa cur illa res ſic conſtructa ab aſſeribus
trabibus ſit nauis, & dicatur nauis. Sic co
ſummatio veſtis, ſeu ipſa figura eſt cauſa, cu
pannus ita conſutus ſit, & dicatur veſtis. Fo
Diuiſio formæ ma eſt duplex, alia ſubſtantialis, quæ vna cu
materia conſtituit eſſentiam rei. Non eſt au
tem dubium, quin omnes res naturalis habe
eſſentialem formam, licet nobis ſit ignota, v
forma equi cum materia equi conſtituit equ
forma vitis, cum materia conſtituit vitem
Aliæ ſunt accidentales, & hæ differun
ſicut accidentia, nam alia eſt inſeparabilis,

re

... & magnam cognationem habet cum eſſen-
...ali, alia eſt ſeparabilis.

DE CAVSA FINALI.

Hinc extimantur loci Rhetorices ab utili nam ut fit in Rhetorica oratio causa finalis in Dialectica.

Neceſſe eſt in diſputationibus fines re-
...um conſiderari, quia omnis res in tota rerum
...atura ad aliquot fines ſunt conditæ. Et nota
...ſt regula. DEVS & natura nihil agunt
...ruſtra, id eſt, ſine fine. Atq; homo prudens
...mnem actionem ad aliquem finem dirigit,
...ic ædificans domum dirigit actionem ad fi-
...em, id eſt, ad vtilitatem habitandi, ſeu ad il-
...um vſum. Eſt autem ſubtilis differentia inter
...nem & cauſam finalem. Finis eſt vſus rei,
...ui ſequitur rei conſumationem, vt veſtis fi-
...is eſt vſus veſtis, ad tegendum & ornan-
...um corpus, qui vſus ſequitur, cum veſtis pa-
...ta eſt, Sed cauſa finalis eſt cogitatio de fine
...u vſu, qua mouetur & regitur agens in ope-
... inſtituendo, & eſt cognata cauſæ impulſiuæ,
...t parans veſtem, cogitat de vſu veſtis, Sic
...bricans nauem, cogitat de vſu nauis, & hac
...ogitatione mouetur & regitur, vt talem fa-
...icet, quæ ſit idonea nauigationi.

Differentia inter causam finalem et finem

Cauſa finalis.

Cogitatio de vſu calceorum, veſtium &c.

H Finis

FINIS RAMO est caussa cuius gratia res est.
Nota quam late patent ceteræ caussæ tam late illae finis

Finis.

Vſus calceorum, veſtium librorum &c.

PRIMA DIVISIO
Finium.

~~Finis alius eſt, proprius, congruens ſeu le-~~ ~~gitimus, ad quem res aut actio eſt ordinata.~~ A-lius eſt improprius aberrans, & non congruen-& illegitimus, ad quem res aut actio non e-ordinata, & vocatur vſitatè abuſus. Vt Ru-ordinata eſt, vt ſit medicamentum, non eſt o-dinata, vt cum magicis conſecrationibus pell-incantationes. Sic libertatis Scholaſticæ fin-ordinatus eſt, vt Scholaſticus in otio & tran-quillitate grauiter incumbat ſtudijs doctrin-rum, illegitimus abuſus eſt, ſi Scholaſticus im-munitate abutitur ad licentiam & petulant-am. Magiſtratus fines ordinati ſunt, conſ-lere Reipublicæ, defendere bonos, & puni-malos. Abuſus illegitimi ſtudere auaritiæ, o-primere bonos, defendere malos.

SECVNDA DIVISIO.

Finis congruens, ſeu legitimus, ſeu or-natus eſt duplex.

Alius eſt vniuerſalis, videlicet DEV- *ſeu gloria* DEI, *propter quam omnia ſi-*

cre-

reata, & ad quam omnes actiones dirigendæ unt. Cùm hoc vniuerſali cognationem habet communis finis, qui etſi non eſt vniuerſalis, tamen multis eſt communis, vt in Repub: omnes & magiſtratus & ſubditi debent eum finem intueri, vt conſeruetur Reſpub.

Alius eſt Particularis finis, qui eſt pro- oria cuiuſq; rei aut perſonæ actio & functio, vt Solis vniuerſalis finis eſt illuſtrare gloriã DEI, *Particularis eſt, vt faciat diem, Iudicis vniuerſalis finis eſt, vt ſeruiat gloriæ* DEI, *communis vitæ in ſocietate eſt, vt ſeruet Rempub: proprius finis eſt, vt inter litigantes iudicet. Ciuis finis vniuerſalis eſt ſeruire* DEO, *communis prodeſſe Reipub: proprius aut particularis ſeruire ſuæ vocatiõi, facere onera vocationis, Si Sartor eſt, vt faciat veſtes, ſi Sutor, vt faciat calceos &c.*

TERTIA DIVISIO.

Vnius rei poſſunt multi eſſe fines congruentes, legitimi & ordinati. Eſt etiam hæc diſtinctio tenenda. Finis alius eſt principalis, quo acquiſito agens acquieſcit, nec inſuper alium finem expetit, alius eſt medius ſeu ſubordinatus, ſeu minus principalis, qui propter vltimum expetitur, & quo acquiſito nondum ac-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

quieſcit agens, vt belli principalis, & vltimus finis eſt pax, medius eſt victoria, quia acquiſita victoria non acquieſcitur, niſi prius conſtituta ſit pax, nam tunc primum acquieſcitur. Studioſius abiens in Vniuerſitatem, vt doctor fiat, eius vltimus finis eſt fieri doctorem ſubordinati vel medij fines, Vt fiat Grammaticus, Dialecticus, Rhetor.

QVARTA DIVISIO.

Fines minus principales etiam diſcernendi ſunt, Alij ſunt ſubordinati, qui ordine quodam principalem finem antecedunt, aut comitantur, vt pacis conſtitutionem præcedit victoria. In rectè factis principalis finis eſt, vt DEO *obtemperetur, hunc finem comitantur alij ſubordinati fines, vt rectè faciendum eſt propter tranquillitatem propriæ conſcientiæ. Item, propter aliorum tranquillitatem. Item ne accerſas tibi pœnas. Alij non ſunt ſubordinati, Sed quoquo modo concurrentes, Vt cum ambulatio expetitur ſanitatis cauſa, ſimul concurrit alius finis, videlicet voluptas, Sic ſtudioſus ſtudet principaliter, vt ſeruiat* DEO *& ſocietati, & vt paret ſibi victum minus principaliter. Item, vt habeat honeſtum locum in ſocietate.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

DE SEPTIMA METHODI quæſtione.

Septima quæſtio eſt: Qui ſint effectus?

Hæc quæſtio monet, vt rerum propriæ operationes & effectiones. Item, Perſonarum propria officia inueſtigentur, & ea ab improprijs & abuſibus diſcernantur. Et hæc quæſtio magnã habet cognationem cum doctrina de fine, vt Theologus diſputans de Lege, aut de peccato, inquirit legis effectus ac officia. Item, effectus peccati &c. Ethicus diſputans de virtute, inquirit effectus virtutis videlicet, quod facit tranquillitatem conſcientiæ, & multi ſecundi ſucceſſus comitantur virtutem, quia DEVS *plerumq; honeſta conſilia adiuuat. Medicus diſputans de ruta aut alijs herbis, inquirit effectus in medicationibus. Iureconſultus etiam fermè in materijs omnibus occupatur circa effectuum inquiſitionem. Hic repetenda eſt regula, quæ ſupra de cauſa per accidens tradita eſt, Quod ſicut cauſæ per accidens non pertinent ad artes; Ita neq; effectus per accidens ad artes pertinent. Et eodem modo de abuſibus dici poteſt, quod abuſus ad artes non pertinent. Vt medicus non ideo diſcit artem medicinæ, vt veneñis homines interficiat. Iureconſultus non ideo*

diſcit Iurisprudentiam, vt malas cauſas defen-dat, Dialecticus non ideo diſcit Dialecticam vt veritatem per veritatem obruat.

DE OCTAVA QVAESTIO-ne Methodi.

Octaua methodi quæſtio eſt, Quæ ſint ad-iacentia? vt enim præcedens quæſtio iubet in-quiri proprias actiones & effectus. Ita hæc quæſtio inquiri iubet alia accidentia ſeu officia. Item circumſtantias, quæ cum re coniungun-tur, aut etiam ſequuntur. Continet itaq; huius quæſtionis appellatio, ea accidentia omnia, quæ Dialectici titulis, connexorum, adiunctorum adiacentium, circumſtantiarum, perpetuorum & communiter accidentium. Item, Signorum compræhendunt. Non eſt autem obſcurū, quod harum ſiue circumſtantiarum, ſiue accidentium inquiſitio magnam lucem adfert diſputationi-bus & expoſitionibus, vt verba faciens de virtute, dicet virtutis viam eſſe arduam, co-mitem eſſe gloriam, hoc eſt, approbationem bo-norum. Item, Malorum odia, inuidiam, pericu-la, & plerumq; etiam in hac vita felicem euen-tum, ſeu felices ſucceſſus comitari. Medicus dicens de pleuritide dicit eius adiunctum ſeu connexum eſſe febrim; Ita in alijs morbis ex-

pli

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

licat, medicus, non tantum cauſas & effectus: ſed etiam ſigna & συμπτώματα, quæ aut ſemper aut plerunq; ſolent comitari morbum, ut Rutæ effectus eſt reſiſtere venenis, Adiacentia, connexa, circumſtantiæ, in quibus locis naſcatur: quando floreat.

Virtutis effectus	Adiacentia.
Tranquillitas cõſcientiæ. Item opera ſingularum virtutum, actiones ſingularum virtutum.	Scandit per ardua virtus. Virtus parit gloriam. Virtutem comitatur inuidia, odium malorum, virtutis, ſucceſſus plerumque ſunt felices.

DE NONA QVAESTIONE Methodi.

Nona quæſtio Methodi eſt, Quæ ſint cognata? Hæc quæſtio iubet inquiri non tantum cognatas ſpecies, ſed etiam ſimilia, quia collatio cognatorũ & ſimilium duplicem in ex-
plicationibus vtilitatem adfert. Vna eſt, quod I.
ſimilitudines, quæ ſunt in rebus cognatis & ſimilibus, cùm rectè accommodantur, eam
rem, de qua dicuntur, valde illuſtrant. Secunda II.
eſt, quod ea collatio occaſionem præbet inquirendi omnium rerum propriiſſimas & ſpecia-

liſsimas differentias, quibus non tantum à re-
motè cognatis, ſed etiam à propinq; cognatis et
ſimilibus rebus differunt. Nam nulla eſt tanta
rerum cognatarum ſimilitudo, in qua non ſit
aliqua differentia, ſeu aliquid diſsimile. Sicut
nullæ perſonæ tam ſunt ſimiles, inter quas
nulla prorſus ſit differentia, ideo dicitur: Simi-
le non eſt idem. Sic virtuti non tantum
ſunt cognatæ aliarum virtutum ſpecies, ſed
etiam στοργαὶ naturales, & ſimulachra virtu-
tum in alijs animantibus, vt caſtitati ſeu pu-
dicitiæ & amori coniugali cognata eſt imago
caſtitatis & amoris, quæ naturaliter indita eſt
turturibus & columbis. Sic in ciconijs eſt ſi-
mulachrum gratitudinis liberorum erga ſenes
parentes. Sic in Iure multi ſunt cognati
contractus, qui tamen differentijs diſcernun-
tur. Multæ ſunt cognatæ & ſimiles ſpecies
herbarum, plantarum, quarum ſingulæ tamen
habent ſuas proprias differentias, quarum dili-
gentem & exactam inueſtigationem hæc quæ-
ſtio requirit, quia alioqui res cognatæ, vicinæ
& ſimiles facilè confunduntur. Sicut dicitur:
Hæc bona ſunt vicina malis, errore ſub il-
lo, Virtus pro vitio, nomina ſæpe tulit. Item:
Similitudo eſt mater errorum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Si non inquirantur differentiæ, quibus ſimilia diſcernuntur.

Cognatæ.

Caſtitas——Imago caſtitatis in turturibus.

Inquirantur differentiæ

Virtus ſeu habitus. ςόργα.

DE DECIMA QVÆSTIONE Methodi.

Decima quæſtio methodica eſt, Quæ ſint pugnantia? Eiſi autem, quod attinet, ad ſimplicis quæſtionis explicationem, Triplicia ſunt pugnantia, videlicet, contraria, priuatiuè oppoſita, & relatiuè oppoſita. Nam contradictoria pugnantia eſt tantum in propoſitionibus: I. *tamen ſciendum eſt, quod in hac quæſtione methodica, nomen pugnantium generaliter accipitur de illis, in quibus eſt quædam euidens ratio contrarietatis ſeu repugnantiæ, vt cum manſuetudine pugnant hæc vitia, crudelitas, iracundia, cupiditas vindictæ, liuor, indulgentia ſeu lenitas nimia, quia in omnibus his vitijs, aliqua eſt ratio contraria virtuti illi, qua manſuetudo dicitur: Talia iubet inquiri hæc quæſtio de pugnantibus propter regulam, Con-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

traria contra ſe poſita, magis illuceſcunt, ſicut illuceßit albus color, cum opponitur niger color, Sic melius intelligitur, quid ſit virtus? cum declaratur oppoſitum, quid ſit vitium? aut opponuntur vitiorum ſpecies & exempla, vt virtutis pugnantia ſunt vitium & ſpecies ac exempla vitiorum, iniuſticia, immodeſtia, impietas, laſciuia, auaritia, liuor &c. Sic ſpecies virtutis rectius intelliguntur cum opponuntur pugnantia, ſeu contraria vitia ſeu vt in Scholis vocant extrema, eorumq́ ſpecies & exempla, vt tum demum rectè intelligitur, quæ virtus ſit liberalitas, cum ſcitur, quæ ſint eius pugnantia ſeu extuema, videlicet auaritiæ & prodigalitatis ſpecies & cum exempla opponuntur liberalitati. Sic tunc intelligitur quid ſit pietas cum intelliguntur eius extrema, videlicet, impietas ſeu contemptus Epicureus & hypocriſis, atq; horum extremorum ſpecies & exempla. Ita etiam de priuatiuè & relatiuè oppoſitis iudicandum eſt, vt cum diuitijs pugnat priuatiuè paupertas. Cùm viſione cæcitas, cum auditu ſurditas, cum emptione pugnat priuatiuè venditio.

FINIS PRIMI LIBRI DIALECTICES.

SECVNDVS LIBER DIALECTICES DE Propoſitione.

SIcut primus liber Dialectices cum Etymologia, Ita ſecundus cum Syntaxi cognationem habet: Vt enim Etymologia ſimplices voces in certas claſſes partium orationis diſtribuit, & iuxta ſingularum partium accidentia examinat: Ita in primo libro Dialectices ſimplices voces in claſſes prædicamentorum iuxta gradus prædicabilium atq; per quæſtiones Methodi examinantur. Sed ſicut Syntaxis componit voces ſimplices in oratione, & de ea compoſitione ſeu conſtructione iudicat, an ſit congrua? Sic liber ſecundus Dialectices tradit doctrinam de propoſitionibus ex vocibus ſimplicibus compoſitis, & de illis iudicat, hoc eſt, docet, quæ propoſitiones ſint Categoricæ aut Hipotheticæ? Quæ affirmatiuæ aut negatiuæ? Quæ vniuerſales aut particulares, aut infinitæ, aut ſingulares? quæ veræ aut falſæ? quæ neceſſariæ, aut contingentes, aut impoßibiles? quæ ſimplices aut modales? & quomodo propoſitiones inter ſe opponantur & conuertantur. Atq; hæc eſt tota libri ſecundi ſumma.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Ramus propoſitio eſt diſpoſitio argumenti cum argumento qua eſſe aliquid aut non eſſe iudicatur

DE PROPOSITIONE.

Propoſitio eſt oratio, indicatiua, integra. verum aut falſum, ſine ambiguitate verborum ſignificans, Vt, Socrates eſt Philoſophus. Cicero fuit Conſul Romanus. Regulus iuſt[e] fecit, quod iuramenti religionem ſeruauit.

De hac definitione obſeruetur, Primo quod, etſi Dialectici diſputant tantum eas orationes debere dici propoſitiones in quibus principale verbum eſt indicatiui modi. Item, Et[ſi] aliqui etiam diſputant, verbum principale indicatiui modi debere eſſe præſentis temporis propterea quod veritas aut falſitas propoſitionis iuxta præſens tempus conſideratur: Nam propoſitio de præterito ideo vera eſt, quia fuit aliquando vera in præſenti. Et propoſitio de futuro vera eſt, quia erit aliquando vera in præſenti. Vt: Cicero fuit Conſul Romæ: vera eſt quia hæc fuit aliquando vera, Cicero eſt &c. Mortui reſurgẽt, vera eſt propoſitio, quia veni[et] et tẽpus nouiſſimi diei, quãdo erit vera hæc propoſitio de præſenti, Mortui reſurgũt: Tamẽ illi qui in doctrinis progreſſi ſunt, ſciant has diſputationes nõ eſſe leges vniuerſales, quæ prorſus nullas admittant exceptiones. Nam ſine omni dubio eſt propoſitio in tempore præterito. De

QVID EST Axioma est dispositio argumenti cum argumento quo esse aliquid aut non esse iudicatur

Axioma est affirmatum vel negatum ut Homo est animal Homo non est arbor

ex affirmatione & negatione oritur contradictio ... contradictio est quando idem axioma affirmatur & negatur, ut Cæsar est clemens & Cæsar non est clemens

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

iel piè fecit quod noluit obedire impiæ probi-
tioni Regis, ne adoraret verum DEVM.
em, Cicero iuſtè & benè fecit, quod Catilina-
am ſeditionem oppreſsit. Sic enim in materijs
aſorijs propoſiones etiã fiunt modo Impera-
uo, Vt: adoleſcentes piè viuite, principes de-
ndite iuſticiam, quia imperatiuæ æquipol-
nt indicatiuis, Adoleſcentes debent piè viue-
, Principes debent iuſticiam defendere. Atq;
Hypotheticæ propoſitiones, ſæpè etiam verbis
iorum modorum conſtant, Vt rectè feciſſet
reſtes, ſi matrem adulteram & parricidam
cuſaſſet, & iuſto iudicio damnare & punirè
ſtulaſſet. Hoc Thema, eſt propoſitio Hypo-
etica, quia continet integrum ſenſum, licet
m conſtet verbo indicatiui modi. Et hæc an-
tatio de integro ſenſu in propoſitione eſt ob-
ruanda.

Secundo obſeruetur in definitione, quod II.
opoſitio eſt, licet res, quæ per propoſitionem
feritur aut negatur, eſt dubia & diſputabi-
, tamen verba ſeu voces in propoſitione de-
nt carere ambiguitate. Ideoq; ſi in propoſitio-
eſt verbum aut vox ambigua, debet ante
nem diſputationem vnus certus ſenſus in-
iri & conſtitui. Donec enim manet ambi-
itas vocum in oratione, non eſt dicenda pro-
poſi-

Loci principales Hujus libri sunt
1 propositio
2 oppositio
3 conversio
4 Æquipollentia

poſitio. Vt hæc oratio: Omnes Chriſtiani ſunt liberi, non eſt propoſitio, donec manet ambiguum, an vox liberi intelligenda ſit de corporali an vero de ſpirituali libertate, Sed tunc eſt propoſitio cum ſine ambiguitate vocum proponitur in vno certo ſenſu, videlicet de libertate Chriſtiana ſeu ſpirituali.

Partitio propositionis

QVOT SVNT PARTES Propoſitionis?

Dialecticæ propoſitionis tres partes eſſe dicuntur. I. Subiectum. II. Prædicatū. III. Copula.

subjectum est pars prior propositionis de qua aliquid dicitur seu prædicatur

SVBIECTVM eſt nomen, de quo aliud dicitur, quod in Grammatica eſt nominatiuus præcedens.

prædicatum est pars posterior propositionis de subjecto prædicans

PRÆDICATVM eſt, ea vox, quæ at tribuitur ſubiecto, ſignificans deſcriptionem ſubiecti.

copula est vinculum seu verbum cum prædicato jungens

COPVLA eſt verbum ſubſtantiuum quod prædicatum cum ſubiecto copulat, ſeu ei annectit, vt in his propoſitionibus: Socrates eſt ſapiens. Plato eſt Philoſophus. Cicero fuit Conſul. Hæ voces, Socrates, Plato, Cicero ſunt ſubiecta, Sed illæ voces ſapiens, Philoſophus, Conſul, ſunt prædicata, Verba enim, eſt, & fuit ſunt copulæ.

Sæpe

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Nota omnis probatio ad propositionem tanquam ad scopum seu metam est dirigenda Nam probatio sive confirmatio propositionem sequitur

Sæpè autem Dialectica propoſitio conſtat duabus partibus, Subiecto & prædicato, Vt Socrates diſputat, Plato ambulat, Cicero ſcribit. Nã in talibus propoſitionibus verba vim copulæ ſimul concludunt, ac ſi dicatur Socrates eſt diſputans, Plato eſt ambulans, Cicero eſt ſcribens.

Sæpè etiam vna parte expreſſa conſtat, vt lego, doceo, iudico, tunc enim vnicum verbum includit ſubiectum, prædicatum & copulam, ac ſi dicatur: Ego ſum legens, ego ſum docens, ego ſum iudicans, Cùm autem hæc doctrina de partibus propoſitionis ex Grammatica oriatur, idcirco etiam in propoſitionibus figuræ & conſtructiones obſeruandæ ſunt.

Sæpè enim caſus obliquus cum verbo propoſitionem facit, vt propoſitio eſt, diſputatur à Socrate, id eſt, Socrates diſputat.

Sæpè plures voces pro vna ponuntur, vt in Diſticho:

Adde, quod ingenuas didiciſſe fideliter artes,
Emollit mores nec ſinit eſſe feros.

Subiectum eſt, Ingenuas didiciſſe fideliter artes, Secundus verſus prædicatum continet, id eſt, doctrina emollit mores. Ingenuas didiciſſe fideliter artes, id eſt, doctrina emollit mores &c.

PRI-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

I PRIMA DIVISIO PRO-poſitionis.

Propoſitio, alia eſt Catagorica, alia eſt Hypothetica.

CATEGORICA eſt vna, ſimplex, indicatiua oratio, quæ perſpicuè & planè, ſine conditione, aliquid affirmat aut negat, quod vocatur Categoricè aliquid dicere ſeu affirmare aut negare aliquid, Vt Deus eſt iuſtus. Deus non eſt iniuſtus. Plato fuit Philoſophus, Nix eſt alba, Nix non eſt nigra.

HYPOTHETICA propoſitio eſt oratio ex duabus Categoricis per coniunctionem compoſita, quæ inde nomen accepit, quod præſuppoſita conditione aliquid affirmat aut negat conditionaliter. Vt ſi Sol ortus eſt. Dies eſt, ſi ſol non eſt ortus, non eſt dies. Si emiſti, debes dare prætium, ſi non emiſti non debes dare prætium.

Cato.

Si Deus eſt animus, nobis vt carmina dicunt,
Hic tibi præcipuè ſit pura mente colendus.

Dies eſt ——— Categor:, quia ſimpliciter aliquid affirmat.

Sol ortus eſt ——— Categorica.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Si Sol ortus eſt;	*Dies eſt.*
Conditio præſuppoſita.	*affirmatio.*

emiſti————conditio præſuppoſita.
ebes dare precium————Affirmatio.

SECVNDA DIVISIO PERtinens ad quæſtionem Qualis ſit?

II

Propoſitio alia eſt affirmatiua, quæ aliquid de ſubiecto affirmat, Vt Deus eſt æternus. Homo eſt creatura Dei. Iuſticia eſt virtus.

Alia eſt negatiua, quæ aliquid de ſubiecto negat, vt Simia non eſt homo. Nix non eſt nigra. Equus non eſt animal rationale. Anima humana non moritur.

Obſeruandum autem eſt, quod ſenſus affirmatiuus aut negatiuus, facit propoſitionem affirmatiuam aut negatiuam. Itaq; cum in propoſitione negationes ſunt impares, tunc eſt negatiua propoſitio. Cum pares ſunt, tunc eſt affirmatiua propoſitio, iuxta Regulam: Duæ negationes affirmant, Vt: Hæ propoſitiones negatiuæ ſunt.

Nullus aſinus eſt homo——*Vna negatio negat.*
Nonnulli homines neſciunt quid ſit vita beata
Tres negationes negant.

Sed hæ propoſitiones affirmatiuæ ſunt.
Nonnulli homines ſunt mali——*duæ negati-*
Nemo non amat pecuniam——*ones affir-*
mant.
Nonnulli homines non neſciunt quid ſit vita beata.

Nota *Item, cum negatio inſeritur tantum de-ſcriptioni, & non remouet prædicatum à ſub-iecto, hoc eſt, non negat prædicatum de ſubie-cto, tum non eſt propoſitio negatiua, ſed affir-matiua, vt affirmatiuæ propoſitiones hæ ſunt.*

Omnis plantatio, quam non plantauit Pa-ter meus cæleſtis, eradicabitur.

Omne animal, quod non eſt præditum ra-tione, eſt irrationale.

Omnis homo, qui non credit in filium Dei condemnabitur:

III TERTIA DIVISIO Propoſitionis.

Vniuerſale quaſi Vnum verſum ad multa

Summa propoſitio alia eſt vniverſalis alia particularis Alia indefinita Alia ſingularis

Propoſitio alia eſt vniuerſalis, quæ cum ſigno vniuerſali aliquid affirmat aut negat de ſubiecto, Vt:

Omnis homo eſt animal rationale.
Nullus homo eſt lapis.

V

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Vniuerſæ creaturæ ſunt per filium DEI conditæ.

Nemo hominum eſt ſine peccato.

Et particulæ excluſiuæ vniuerſalium vim habent, Vt:

Tantùm homo eſt animal rationale; id eſt, Omne animal rationale eſt homo.

Soli credentes ſaluantur, id eſt, omnes qui ſaluantur, credunt.

Alia eſt particularis, quæ cum ſigno particulari aliquid de ſubiecto affirmat aut negat, Vt:

Aliqui homines ſunt boni.

Aliqui homines non ſunt boni.

Quidam Scholaſtici ſunt diligentes.

Quidam Scholaſtici non ſunt diligentes.

Quoddam animal eſt quadrupes.

Quoddam animal non eſt quadrupes.

Diſputationes plerumque gignunt contentiones.

Ex rixis ſæpè oriuntur pugnæ.

Plerique ſenes ſunt auari.

Vniuerſalia ſigna.

Omnis, nullus, nemo, vniuerſus, ſemper, vnus, ſolus, tantùm.

Particularia Signa.

Quidam, aliquis, nonnulli, plerique, plerumque, ſæpè &c.

AD propoſitionem indefinitam referendi ſunt loci ...

IIII *Alia eſt Indefinita, quæ ſine ſigno aliqu*
affirmat aut negat, eaq́; aliquando valet
niuerſalem, aliquando particularem. Itaq; h
Regula tenenda eſt. Indefinitæ propoſition
quando ſunt regulæ, præcepta, leges, autorit
tes, definitiones & materiam neceſſariam co
tinēt, hoc eſt, cum genus, differentia, propriu
aut tota definitio prædicatur de ſpecie, tunc v
lent vniuerſalem, ſeu ſunt vniuerſales. Vt:

Non occides.

Honora patrem & matrem.

Vniuerſales leges ſunt. Item, Adole
centes debent maiores natu vereri, Vniuer
lis ſententia eſt. Item, Homo eſt animal rat
nale. Homo eſt animal quod loquitur. Iuſtic
eſt virtus ſuum cuiq; tribuens: Definitiones
deſcriptiones vniuerſales ſunt.

Sed cum Indefinitæ continent materia
contingentem, id eſt, cum accidens aliquod
parabile dicitur de ſubiecto, valent particul
rem; Vt:

Cretenſes ſunt mendaces.

Germani ſunt bellicoſi.

Carthaginenſes ſunt perfidi.

Hæ indefinitæ perticulariter ſignificant.

1. *Coruus eſt niger———Indefinita vale*
id eſt, omnis Coruus eſt niger. vniuerſalem.

quæ

quia eſt accidens inſeparabile ſpeciei.

Nix eſt alba——Indefinita valens vniuerſalem, quia eſt accidens inſepabile totius ſpeciei, quia omnis nix eſt alba.

Scholaſtici ſunt diligẽtes—Indefinita valens particularẽ, quia eſt accidens ſeparabile, non propriũ toti ſpeciei.
Homines ſunt docti——

Cretenſes ſunt mẽdaces—Indefinita valens particularem, quia accidens ſeparabile non conueniens toti ſpeciei.

Alia eſt propoſitio Singularis, in qua ſubiectũ eſt proprium nomen ſeu indiuiduum. Vt:
Plato eſt Philoſophus.
Cicero eſt Orator.
VERBVM Caro factum eſt.
Filius DEI eſt Saluator mundi.

De his tribus diuiſionibus, obſerue[illegible] Verſiculus, qui oſtendit, quæ ſit interrogat[illegible] vniuſcuiuſq; diuiſionis.

VERSVS.

Quæ? Ca: vel Hypp: Qualis? Ne: vel A[illegible] V: Quanta? par: In: Sim:

ADMONITIONES D[illegible] Signis.

I. PRIMA *admonitio: Vſus & ſignifi[illegible] tio ſignorum ſeu particularum à Grammati[illegible] diſcatur. Omnes, vniuerſi, nullus, nemo, ſe[illegible] per, nunquam, vbiq;, nullibi, vel nuſquam, [illegible] niuerſaliter ſignificant. Non omnis, nonnu[illegible] non ſemper, nonnunquam, particulariter ſi[illegible] nificant, Sicut, aliqui, quidam, plerīq;, pleru[illegible] que, aliquoties, aliquando, ſæpè &c.*

Excipitur autem phraſis Hebraica, q[illegible] non omnis ſignificat vniuerſaliter negatiti[illegible] ſicut nullus, vt non iuſtificatur in conſpe[illegible] tuo omnis viuens, id eſt, nullus.

II. SECVNDA *admonitio: Duæ negat[illegible] nes affirmant, ſed cum negatio ponitur an[illegible] vniuerſalem negatiuam, tunc fit particula[illegible] affirmatiua. Vt: nonnulli, id eſt quidam, no[illegible] nunquam, id eſt, aliquando. Cùm vero neg[illegible]*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

ponitur poſt vniuerſalem negatiuam, tunc ſignificatio vniuerſalis affirmatiua, Vt, Nemo non, vel nullus non, id eſt, omnis, nunquã non, id eſt, ſemper, Nuſquam non, id eſt, vbiq́.

Nonnulli				Quidam.
Nulli non		id eſt,		Omnis.
Nonnunquã				Aliquando.
Nunquã nõ				Vbiq́.

TERTIA admonitio: Sæpè vniuerſalis propoſitio eſt ſynechdochica, hoc eſt, in vniuerſali propoſitione ſæpè eſt ſynechdoche, quæ vniuerſalem ſignificationem reſtringit ſeu contrahit ad certam ſpeciem, Vt: III.

Ex plenitudine Chriſti accepimus omnes, gratiam per gratiam.

Hæc vniuerſalis eſt Synechdochica, quia tantùm de Credentibus loquitur. Talis eſt & illa ſynechdochica: Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Eſt ſynechdoche quæ intelligenda eſt tantùm de illuminatis. Item: Exibat ad Baptiſtam omnis Iudæa, ſynechdochica locutio eſt, id eſt, multi paßim ex omnibus locis Iudææ, & ex omnibus ordinibus. Talis ſynedoche eſt cum dico: Rex conuocauit omnes ſubditos ſuos, id eſt, ex omnibus ordi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

nibus, Prouincijs & Ciuitatibus aliquos. Sic.
etiam ſynecdoche eſt: Meretrices præceden
vos in regnum cœlorum, nam ſignificatio re
ſtringenda eſt ad conuerſas.

QVARTA admonitio: Aliquando in
vniuerſali eſt ſignificatio diſtributiua, vt
Matth. 3. Sic decet nos implere omnem iuſtici-
am, id eſt, te tuæ, me meæ vocationi decet obe-
dire. Item, Magiſtratus vrbium debent exe-
qui omnia officia boni Magiſtratus, id eſt, Con-
ſul debet ſua officia facere, Iudex debet ſua fa-
cere, & ſic de alijs. Eſt enim ſic diſtributiua ſi-
gnificatio.

Sic cum dico: Profeſſores Scholarum de-
bent prolegere omnes lectiones vtiles iuuen-
bus, diſtributiua Oratio eſt, id eſt, quiſqu-
illas debet proponere Lectiones, quæ illæ aſſig-
natæ ſunt,

IIII QVARTA DIVISIO PRO- poſitionum.

Propoſitionum alia eſt vera, alia falſa.
Vera eſt, quæ cum re conſentit. Vt:

DEVS eſt æternus.
Mundus non eſt æternus.
Nix eſt alba,
Carbo non eſt albus.

Falſa

falſa eſt, quæ à re diſſentit. *Vt:*

Mundus fuit ab æterno.
Voluptas eſt finis hominis.
Nix eſt nigra.
Carbo eſt albus.

Eſt autem præcipuus ſcopus in omni differentia, ut vera à falſis diſcernantur, cuius diſcretionis ars ſeu inſtrumentum eſt Dialectica, ſicut in ſequentibus libris declarabitur.

QVINTA DIVISIO Propoſitionum. V

Propoſitionum aliæ ſunt Neceſſariæ, aliæ contingentes, aliæ impoſsibiles. Hæc diuiſio ſumitur ex materia propoſitionum, quæ triplex eſt.

1 Alia enim eſt materia Naturalis, ſeu eſſentialis, ſeu neceſſaria, videlicet cum prædicatum eſt de eſſentia ſubiecti, hoc eſt, cum eſt eius genus aut ſpecies, aut differentia, aut proprium, aut tota definitio: Hæc materia facit propoſitiones neceſſarias, quæ ſunt in quibus de indiuiduo ſpecies, aut de ſpecie genus, differẽtia, proprium, vel tota definitio prædicatur, *Vt:*

Hinc loci inventionis à Definitione, à genere, Specie, Differentia et proprio.

Cicero eſt homo.
Homo eſt animal rationale, quod loqui & numerare poteſt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Bucephalus eſt equus.
Equus eſt animal, irrationale, hinniens.
Ruta eſt herba.
Herba eſt planta.
Iuſticia eſt virtus, ſuum cuiq; tribuens.
Virtus eſt habitus voluntatis, bonus &c.
Ignis eſt Elementum calidum & ſiccum.

Hæ ſunt neceſſariæ propoſitiones, quia non poſſunt aliter eſſe, & qui has negat, ille deſtruit ſeu negat naturam rerum, ſicut dicitur: Quia dato oppoſito, ſequitur naturæ deſtructio, Vt ſi quis neget ignem eſſe elementum calidum & ſiccum, & det oppoſitum, Ignem eſſe frigidum & humidum, ille deſtruit ignem, negat naturam, ſeu tollit ignem ex natura rerum.

Magna differentia.

Cicero eſt homo.	*Cicero eſt Conſul.*
Cicero non eſt homo,	
tunc deſtruitur	
Cicero.	

Sic qui negat Rutam eſſe herbam, Iuſticiam eſſe virtutem, ille deſtruit Rutam & Iuſticiam, ſeu tollit Rutam & iuſticiam ex rebus.

2 *Alia eſt materia propoſitionum contingens ſeu accidentalis, cum prædicatum eſt ex-*

tra-

tra ſubſtantiam ſubiecti, ſeu eſt accidens ſubiecti contingenter ſubiecto adhærens, Vt cum dico:

Paries eſt albus.

Cicero eſt doctus.

Maximilianus eſt Cæſar.

Definitur autem contingens hoc modo. Contingenes eſt, quod non neceſſariò eſt, ſed cum eſt nihil, accidit impoßibile. Vt: Albedo non eſt neceſſario in pariete, ſed cum paries dealbatur non fit aliquid impoßibile. Hæc materia facit contingentes propoſitiones, quæ ſic definiuntur.

3 Contingentes propoſitiones ſunt, in quibus accidentia communia de ſubiectis prædicantur. Vt:

Plato eſt doctus.

Cicero eſt Conſul.

Aqua eſt calefacta.

Æneas vicit Turnum.

Cæſar vicit Pompeium, nec obſtat quod præterita mutari non poſſunt, quia Dialecticus rationem connexionis vocum in propoſitionibus conſiderat, non quid factum, aut non factum ſit.

Cicero fuit Conſul—Contingens ſeu accidens Ciceronis.

Dia-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

*Dialecticus connexionem vocum conſide-
rat.*

*Plato fuit doctus, Accidens ſeu cõtingẽs,
conſideratur connexio.*

Alia eſt materia remota, cum nulla eſt cognatio prædicati cum ſubiecto in qua ſit ratio aliqua connexionis, ſeu cum prædicatum eſt oppoſitum ſubiecti, aut ſignificat diſparatam ſpeciem. Hæc materia facit propoſitiones impoſsibiles, quæ ſic definiuntur.

Impoſsibiles propoſitiones ſunt, in quibus pugnantia iunguntur, aut ſpecies diſparatæ, Vt:

Album eſt nigrum.
Calor eſt frigidus.
Cæcitas eſt viſio.
Aper eſt ceruus.

Calor eſt frigidus, Contraria.	*——Impoſsibilis propoſitio, quia iunguntur contraria.*
Color albus eſt niger Contraria.	*——Impoſsibilis.*

Sic de diſparatis.

Equus eſt aſinus Diſperata.	*—Impoſsibilis propoſitio, qui coniunguntur diſparatæ ſpecies.*
Ruta eſt auis. Diſparata.	*——Impoſsibilis.*

EXXE

EXCEPTIO.

Excipiuntur autem propoſitiones figuratæ inuſitatæ, Vt:

Tyrannus eſt lupus:
Homo piger eſt aſinus.
Phariſæi ſunt viperæ.
Hypocritæ ſunt ſepulchra dealbata.
Mors Chriſtiani eſt ſomnus ſeu eſt vita.

Item:

DEVS *eſt Homo.*
VERBVM *Caro factum eſt.*
Filius hominis eſt DEVS.

In talibus propoſitionibus conſideranda eſt ſignificatio copulæ eſt, vt cũ dico: Tyrannus eſt lupus, copula eſt, ſignificat ſimilitudinem, Tyrannus eſt ſimilis lupo. Cùm dico, Filius DEI *eſt homo, copula ſignificat aſſumptionem, ſeu vnionem perſonalem.*

Tyrannus eſt lupus— id eſt, ſimilis lupo.	*Propoſitio poſſibilis propter figuram.*

SIC.

Deus homo factus eſt,— id eſt, aſſumpſit humanam naturam.	*Propoſitio inuſitata.*

DE

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

DE PROPOSITIONVM oppoſitione.

Accidunt propoſitionibus duæ collationes. Altera cum oppoſitis, quæ vocatur oppoſitio. Altera, cum æquiualente, quæ vocatur conuerſio.

Eſt autem oppoſitio propoſitionum, diſſonantia duarum propoſitionum, quarum altera eſt affirmatiua, altera negatiua, eorundem extremorum ſine ambiguitate intellectorum, id eſt, in quibus duabus propoſitionibus eadem ſunt ſubiecta & prædicata in eadem ſignificatione. Vt:

Sol eſt maior terra.
Sol non eſt maior terra.
Iuſticia eſt virtus.
Iuſticia non eſt virtus.
Cæſar vicit Pompeium.
Cæſar non vicit Pompeium.

Quando in vtraq; propoſitione non eſt eadē ſignificatio ſubiecti & prædicati, tunc nulla eſt oppoſitio. Vt Tyrannus eſt lupus, & Tyrannus non eſt lupus. In diuerſis ſignificationibus non opponuntur, ſcilicet cum prior propoſitio habet ſenſum figuratum, poſterior ſenſum vſitatum. Sic non ſunt oppoſitæ propoſitiones.

Omnes

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

mnes Chriſtiani ſunt liberi, & quidam Chri-
ſtiani non ſunt liberi. Si prior propoſitio intelli-
gitur de libertate ſpirituali, poſterior de poli-
tica aut corporali, Itaq; tenenda eſt regula.
propoſitionibus oppoſitis debet eſſe eadem
ſignificatio, & de eodem loco, & tempore &
reſpectu eiuſdem.

Oppoſitiones propoſitionum tres ſunt ſpe-
cies.

Contrariæ.
Subcontrariæ &
Contradictoriæ.

Contrariæ ſunt duæ vniuerſales, eorun-
dem extremorum, id eſt, eiuſdem ſubiecti &
prædicati in eadem ſignificatione, quarum alte-
ra eſt affirmatiua, altera negatiua. Vt:

Omnis homo eſt mendax.
Nullus homo eſt mendax.
Omnis nix eſt alba.
Nulla nix eſt alba.

I. REGVLA.

In materia neceſſaria & remota, contra-
riæ nunquam poſſunt ſimul eſſe veræ aut fal-
ſæ. Vt, Si hæc vera eſt, Omnis homo eſt ani-
mal, tunc falſa eſt: Nullus homo eſt animal.
Et ſi hæc falſa eſt, Nulla virtus eſt habitus, tūc
illa

illa vera eſt: Omnis virtus eſt habitus, Sic in
Remota materia, Si hæc vera eſt. Nullus homo
eſt aſinus. Ergo falſa eſt, Omnis homo eſt aſi-
nus. Et ſi hæc falſa eſt: Omnis equus eſt lu-
pus. Ergo hæc vera eſt, Nullus equus eſt lu-
pus.

II. REGVLA.

Contrariæ in materia contingenti poſſun
ſimul eſſe falſæ, cum accidens ſeparabile au
mutabile in ſpecie aliqua ſignificatur. Vt:

Omnis homo eſt doctus.
Nullus homo eſt doctus.

Item:

Omnis paries eſt albus.
Nullus paries eſt albus.

Item:

Omnia poma ſunt flaua.
Nulla poma ſunt flaua.

Hæ ſimul ſunt falſæ, ſed ſequentes non
ſunt ſimul falſæ.

Omnis lapis eſt grauis.
Quidam lapis non eſt grauis.

Item:

Omnis nix eſt alba.
Quædam nix non eſt alba.

Quid

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Quia illa accidentia ſunt propria & immutabilia in ſpeciebus.

Contradictoriæ propoſitiones ſunt, vniverſalis & particularis, aut duæ ſingulares, aut duæ indefinitæ, in quibus Idea ſignificatur, quorum vna eſt affirmatiua, altera negatiua.

Vt:

Omnis homo eſt animal rationale.
Quidam homo non eſt animal rationale.

Item:

Nullus equus eſt aſinus.
Quidam equus eſt aſinus.

SIC.

Cæſar vicit Pompeium.
Cæſar non vicit Pompeium.

Item:

Iuſticia eſt virtus.
Iuſticia non eſt virtus.

Item:

Parentes ſunt honorandi.
Parentes non ſunt honorandi.

REGVLA.

Impoſſibile eſt duas contradictorias ſimul falſas aut veras, iuxta noticiam inſitam naturæ: Quodlibet eſt aut non eſt, Et Philoſophi dicunt: DEVS *non poteſt contradictorias*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

ſimul facere veras, Si enim contradictoriæ pro-
poſitiones ſimul eſſent veræ aut falſæ, tunc nul-
la eſſet certitudo rerum. Itaq; contradictoriæ
ſemper vna eſt vera, & altera eſt falſa,
quia vera eſt hæc propoſitio. Omnis homo
animal, Ergo falſa eſt illa: Quidam homo n
eſt animal. Quia vera eſt hæc: Ignis vrit, E
go falſa eſt illa: Ignis non vrit.

Academici noui, qui dixerunt contra
ctorias ſimul veras aut falſas eſſe poſſe, ſuſ
lerunt certitudinem ex tota rerum natura.

Subcontrariæ, ſunt duæ particulares
rundem extremorum, quarum altera eſt af
matiua, altera negatiua. Vt:

Quidam homines ſunt eruditi.

Quidam homines non ſunt eruditi.

Aut ſunt duæ indefinitæ particulariter
gnificantes. Vt:

Cretenſes ſunt mendaces.

Cretenſes non ſunt mendaces id eſt, Q
dam Cretenſes, & quidam non.

REGVLA.

In materia neceſſaria & Remota ſubco
trariæ nunquam poſſunt eſſe ſimul veræ
falſæ, Vt ſi veræ ſunt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Quædam virtus eſt habitus.
Quidam homo non eſt lapis.

Tunc falſæ ſunt.

Quædam virtus non eſt habitus.
Quidam homo eſt lapis.

Item, Si falſæ ſunt.

Quidam homo non eſt animal, &
Quidam equus eſt aſinus.

Tunc veræ ſunt illæ:

Quidam homo eſt animal.
Quidam equus non eſt aſinus.

II. REGVLA.

In materia contingenti Subcontrariæ non poſſunt eſſe ſimul falſæ, ſed poſſunt eſſe ſimul veræ, ſcilicet cum accidens ſeparabile prædicatur de ſubiecto. Vt: Quidam homines ſunt docti. Quidam homines non ſunt docti, poſſunt ſimul eſſe veræ. Item:

Quidam paries eſt albus.
Quidam paries non eſt albus.


Sed hæ non poſſunt ſimul eſſe veræ:

Quædam nix eſt alba. Quædam nix non eſt alba. Quidam carbo eſt niger, Quidam carbo non eſt niger, quia accidentia inſeparabilia in propoſitionibus habent rationem propriorum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

In Figura oppoſitionum additur titu-
Subalternarum, quæ non pugnant, ſed ſunt
niuerſalis cum ſua particulari eiuſdem qua-
tatis: Vt: Omnis virtus eſt habitus,
Quædam virtus eſt habitus.
Item:
Nullus Leo eſt lupus.
Quidam Leo non eſt lupus.

FIGVRA OPPOSI-
tionum.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

DE PROPOSITIONVM conuerſione.

Conuerſio vocum ſimplicium, eſt permutatio ſynonimorum, Vt: Caballus, id eſt, equus, equus, id eſt, caballus. Enſis, id eſt, gladius, gladius, id eſt, enſis, Sed cōuerſio propoſitionum eſt vnius in aliam tranſmutatio, tranſpoſitione terminorum, vt ex ſubiecto fiat prædicatum & ex prædicato ſubiectum, vt conuerſiones vocum ſimplicium ſunt.

Homo Mortalis	} loquitur.
Equus Caballus	} currit.

Homo	ambulat.
Mortalis	incedit.

Sed conuerſio propoſitionis eſt.

Homo loquitur.

Quod loquitur ſeu loquens eſt homo.

Homo	loquitur.
Loquens	eſt Homo.

SIC.

Equus	hinnit.
Hinniens eſt	equus.

De conuerſione propoſitionum teneri de-
bet regula: In omni conuerſione propoſitionu
debent principale prædicatum & ſubiectu
conuerti. Ideoq́, ſæpè verbum in copulam cu
participio eſt reſoluendum. Vt: hæc propoſit
Omnes ſtellæ ſunt in cœlo. Non eſt ſic conue
tenda. Ergo quoddam cœlũ eſt in ſtellis. Sed
hoc modo, Ergo quædam exiſtentia in cœlo ſu
ſtellæ.

Quia vox cœlo non eſt principale prædica-
tum, ſed deſcriptio prædicati ipſum aute
principale prædicatum eſt verbum SVN
quod ſic reſoluitur. Sunt exiſtentes in cœlo.

ALIVD.

Omnis lupus currit in ſylua.
Quædam currentia in ſylua ſunt lupi,
eſt, exiſtentes.

ALIVD.

Omnis piſcis eſt in aqua.
Ergo quædam exiſtentia in aqua ſunt pi-
ſces.

MODI CONVER-ſionum

Tres ſunt conuerſionum modi, Conuerſi

plex. Conuerſio per accidens & conuerſio contrapoſitionem.

Conuerſio ſimplex eſt, cum manentibus dem ſignis, & eadem qualitate, ex prædicato ſubiectum, & ex ſubiecto prædicatum, & in vniuerſali negatiua & particulari affirtiua. Vt:

Nullus homo eſt lapis.
Ergo nullus lapis eſt homo.

Item:

Nullus Chriſtianus odit fratrem ſuum.
Ergo, Nullus qui odit fratrem ſuum, eſt Chriſtianus.

Item:

Quidam homo eſt ſapiens.
Ergo, Quædam res ſapiens eſt homo.

Item:

Quoddam bellum eſt legitima vindicta.
Ergo, Quædam legitima vindicta eſt bellum.

Item:

Indefinita uniuerſa, ſignificans.

Fides non eſt ſine bona conſcientia.
Ergo non habens bonam conſcientiam, non habet fidem.

Indefinita particularis.]

Cretenſes ſunt mendaces.
Ergo, Quidam mendaces ſunt Cretenſes.

In vniuerſali affirmatiua non va conuerſio Simplex, niſi cum termini ſunt co uertibiles, tunc enim valet, Vt:

Omnis equus eſt animal hinniens.
Ergo, Omne animal hinniens eſt equus
Omnis homo eſt animal rationale,
Ergo, Omne animal rationale eſt homo
Omnis virtus eſt habitus bonus, inclina ad agendum ſecundum rectam rat nem.
Ergo omnis talis habitus voluntatis virtus.

In particulari negatiua non valet conu ſio Simplex, niſi in materia remota. Vt:

Quidam leo non eſt lupus.
Ergo, Quidam lupus non eſt leo.

in hac conuerſione manet qualitas sed quantitas permutatur

Conuerſio per accidens eſt, cum ex præ cato fit ſubiectum, & ex ſubiecto prædi tum, manente eadem qualitate. Sed mutat gnorum quantitate. Hac conuerſione vni ſalis affirmatiua conuertitur in particular affirmatiuã, & vniu: negat: in par: neg:

Omnis homo eſt ſubſtantia.
Ergo quædam ſubſtantia eſt homo.
Nullus homo eſt lapis.
Ergo quidam lapis non eſt homo.

Om

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Omnis Iuſticia eſt virtus.
Ergo, Quædam virtus eſt iuſticia.
Omnis ars eſt habitus.
Ergo, Quidam habitus eſt ars.
Omnis Philomela eſt auis.
Ergo, Quædam auis eſt philomela.
Nulla virtus eſt vituperanda.
Ergo aliquid vituperandum, non eſt virtus.

Conuerſio per contrapoſitionem eſt, quaſi gumentū à contrarijs ſeu ab oppoſitis ſumptū: ſt autem cum prædicata & ſubiecta non tanm tranſponuntur, ſed etiam mutantur in ntrarios ſeu oppoſitos terminos, & fit in vniſali affirmatiua. Vt:

in hac conuerſione eſt ſicut in aliis transpoſitio terminorum ita, ut utrique particula negativa addatur ut in hac ~~quidquid~~ ergo omne non ~~homo~~, non est animal

Omnis homo eſt animal.
Ergo omne non homo nō eſt animal, id eſt,
Quicquid non eſt homo, non eſt animal.
Omnis ſtella eſt corpus perpetuum.
Ergo, Omne non perpetuum corpus, non ſtella, id eſt, quicquid non eſt perpetuum rpus, non eſt ſtella.
Omnis ignis eſt calidus.

Calidum	*Ignis.*
Sed mutatur etiam in oppoſitum addita negatione. Non calidum.	*Additur negatio, non ignis.*

Ergo omne non calidum, non eſt ignis,
eſt, quicquid non eſt calidum, non eſt ignis:

IN INDEFINITIS.

Indefinita uniuerſalis.

Fides lucet per bona opera.
Ergo non lucens per bona opera, non e
vera fides.

ALIVD.

Omnis aſinus habet longas aures.
Ergo omne animal non habens longas a
res non eſt aſinus.

DE PROPOSITIONIBVS Modalibus.

Modalis propoſitio vocatur, in qua cop
læ annectitur aliquis horum modorum: Nec
ſe, impoſsibile, contingens, poſsibile. Seu m
dalis propoſitio eſt, in qua prædicatum dicit
cum aliquo aut, neceſsitas aut impoſsibilita
modo: Hæ ſpecies ſeu differentiæ modorum
riuntur ex differentia materiarum, quibus pr
poſitiones conſtant. Neceſſarius modus, cõgr
materiæ naturali ſeu neceſſariæ.
Contingens, materiæ contingenti.
Poſsibilis materiæ neceſſariæ & conti
genti.
Impoſsibilis materiæ remotæ.

Ig

Ignis eſt calidus—Naturalis materia.
Ignem eſſe calidum neceſſe eſt, Modalis de neceſſario.

ALIVD.

Homo eſt animal rationale, Mat: Nec:
Hominem eſſe animal rationale neceſſe eſt. Modalis de neceſſario.

ALIVD IN ACCIDENtibus.

Iuſticia ſuum cuiq; tribuit, mat: neceſſ: quia proprium dicitur de ſpecie.
Ergo neceſſe eſt Iuſticiam ſuum cuiq; tribuere—propoſitio modalis de neceſſario.

ALIVD.

Cicero eſt doctus.——Mat: contingens.
Ciceronem eſſe doctum contingens eſt, propoſitio de contingente.

DE POSSIBILI.

Ignis vrit.——Materia: neceſſaria.
Poſsibile eſt ignem vrere—Modalis de poſsibili in materia neceſſaria.

ALIVD.

Cicero eſt conſul——Conting: mat:

Poſ-

Poſsibile eſt Ciceronem eſſe Conſulem.
Modalis de poſsibili in materia contingenti.

ALIVD.

Equus eſt canis——Mat: remota.
Impoſsibile eſt equum eſſe canem, Modalis de impoſsibili.

ALIVD.

Ignis eſt frigidus.——Mat: remota.
Impoſsibile eſt ignem eſſe frigidum. Modalis de impoſsibili.

DEFINITIONES Modorum.

Neceſſarium eſt, quod ſe aliter habere aut aliter eſſe non poteſt, vt neceſſe eſt Deum eſſe iuſtum, neceſſe eſt hominem eſſe animal rationale. Neceſſe eſt iuſtum ſuum cuique tribuere. Sunt autem quatuor gradus neceſsitatis.

1. PRIMVS *gradus vocatur neceſsitas abſoluta, quæ eſt neceſsitas earum rerum, quarum oppoſita ſimpliciter fuerunt, ſunt & erunt impoſsibilia. Vt:*

Neceſſe eſt Deum eſſe.
Neceſſe eſt Deum eſſe iuſtum, veracem &c.

SECVNDVS gradus eſt neceſsitas defi- **II.**
tionum & demonſtrationum verarum, quæ
eo ſunt certæ & neceſſariæ, quia earum op-
ſita faciunt implicationem contradictionis,
l quia earum contradictoriæ ſunt ſimpliciter
ſæ, & pugnant cum rerum natura, ſicuti eſt
ata & ordinata, vel cum ipſa eſſentiali for-
a rerum, Vt:

Neceſſe eſt hominem eſſe animal rationa-
quia eſt definitio cuius cõtradictoria, Homo
n eſt animal rationale, pugnat cum natura
minis, ſicut creata eſt, eſtq́ ſimpliciter falſa.
neceſſaria eſt propoſitio, Iuſticia eſt virtus
um cuiq; tribuens, quia eſt definitio cuius
tradictoria pugnat cum natura Iuſticiæ,
eſt ſimpliciter falſa, Vt: Iuſticia non tribu-
uum cuiq;, tunc non eſt Iuſticia. Sic neceſſa-
eſt propoſitio, Triangulum habet tres an-
los, quia eius contradictoria eſt falſa, Tri-
gulum non habet tres angulos, & hæc con-
dictoria deſtruit formam trianguli.

Triangulum habet tres triangulos. △

Contradictoria: Triangulum non habet
t angulos ⊏ ∧.

Sic neceſſaria eſt propoſitio hæc: Omnis
nguli tres anguli ſunt æquales duobus re-
ſcilicet neceſsitate demonſtrationis, quia
eius

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

eius contradictoria pugnat cum ratione trian-
guli, ſeu cum euidenti demonſtratione Geome-
trica, & eſt ſimpliciter falſa.

III. TERTIVS gradus eſt neceſsitas Phyſic
quæ eſt ordo in natura à DEO creatus, qui nun
ſic neceſſario eſt, & manet, donec DEVS eu
vult manere, & non poteſt mutari ab hom
ne, ſed à ſolo Deo. Vt: Neceſſe eſt ſolem pe
petuo moueri regulariter, niſi DEVS impe
at, Vt tempore Ioſuæ, cum Sol ſtetit. Et Ez
chiæ, cum Sol regreſſus eſt.

Neceſſe eſt vt ignis vrat, niſi Deus im
pediat, Sicut impediuit cum Socij Danielis i
fornacem coniecti ſunt. In hoc gradu etia
ſunt conſideranda impedimenta, quæ in natu
à DEO ſunt ordinata. Vt: neceſſe eſt vt Ma
nes trahat ferrum, ſed non trahit ferrum, cu
allio illinitur, quia hoc impedimentũ ordina
DEVS in natura. Neceſſe eſt vt qui come
radicem cicutæ, moriatur, niſi mox adhibent
cõtraria remedia, quæ ſunt ordinata à DEO,
impediant virtutem cicutæ. Talia impedime
ta in multis rebus norunt Phyſici & Medici

Nix eſt alba, In hac neceſſitate conſi
randum eſt DEVM, qui eſt liberrimum
gens, potuiſſe rerum naturas aliter creare,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

ia ſic creauit. Ideo neceſſe ſic nunc ſunt, vt
tuit creare alium motum Solis, ſed ille motus
unc eſt neceſſarius, quem ille creauit, neceſſi-
e Phyſica. Sic potuit DEVS facere, Niuem
grum, Sed quia ipſe ſic ordinauit & creauit,
t ſit alba, Ideo nix neceſſario eſt alba.

QVARTVS gradus vocatur neceſſitas IIII.
nſequentiæ, quæ eſt neceſſaria veritas earum
rum, quæ ſua natura ſunt contingentes, ſed
unt neceſſariæ, aut quia ſic determinatæ &
cretæ ſunt à DEO, aut quia cauſæ præcedunt,
æ non mutantur, aut quia iam præterierunt.
m enim aliquid factum eſt, aut fit, tunc eius
ntradictorium eſt falſum, iuxta regulam.
uod factum eſt, infectum fieri nequit, de qua
erſus :

uod factum ſemel eſt, infectum reddere nemo,
Non qui cuncta poteſt, Iupiter ipſe poteſt.

Item, Iuxta aliam regulam: Omne quod
, quandocunq; eſt, neceſſe eſt eſſe. Sic neceſ-
riæ ſunt propoſitiones.

Neceſſe eſt mortuos reſurgere.
Neceſſe eſt impios damnari.
Neceſſe eſt ſcandala fieri.
Neceſſario verum eſt, quod Cæſar vicit
mpeium, quia factum eſt.

Ne-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Neceſſe eſt nunc eſſe diem, quia dies eſt.

Aliqui quatuor hos gradus, duab: neceſ-tatis ſpeciebus includunt, quarũ altera voca- neceßitas conſequentis. Altera neceßitas conſequentis.

Impoßibile eſt contrarium neceſſario, ſignificat quod eſſe aut fieri non poteſt, Vt:

Impoßibile eſt DEVM *non eſſe iuſtu-*

Impoßibile eſt hominem non eſſe ani- rationale.

Impoßibile eſt Iuſticiam non eſſe vir- tam.

Poßibile eſt oppoſitum impoßibili, a- gnificat id quod fieri poteſt, ſiue cauſam beat neceſſariò agentem, ſiue non neceſſ- agentem. Vt:

Poßibile eſt ignem vrere ſtipulam.

Poßibile eſt Iuuenem citò mori.

Poßibile eſt Ciceronem fieri Conſulem.

Contingens ſæpè pro poßibili vſurp- tur, ſed eſt ſubtile diſcrimen: Nam poßi- tantum opponitur impoßibili. Conting- verò opponitur impoßibili & neceſſario. E- contingens, quod cum fit, habet cauſam, q- poterat aliter agere. Vt contingens eſt, q- Paris rapuit Helenam, quia potuit cohib- voluntatem, vt non raperet. Contingens

…ood fur furatur, quod ebrioſus potat, quia …terat regere voluntatem, vt non commit…et furtum aut potaret. Contingens eſt, vt hic …uat, & alibi non pluat. Ita in contingenti…us conſiderari debet libertas voluntatis, & vagabundi motus materiæ elementaris.

…INIS SECVNDI LIBRI DIALECTICES.

TERTIVS LIBER DIALECTICES DE ARgumentatione.

TErtius liber Dialectices rationem argumentandi docet: Eſt autem argumentari, …r bonam conſequentiam, aliud ex alio, vel a…m propoſitionem ex alijs, vel alia colligere, … ea collectio ſeu Ratiocinatio vocatur pro…è argumentatio, & ſic definitur: Argumen…io eſt oratio, in qua concluſio aliqua confir…tur aut refutatur per aliam notiorem, vel …as notiores propoſitiones continentes cau…n concluſionis, & rectè ad eam accommo…as. Vt:

Virtus eſt habitus.

Iuſticia eſt virtus.

Ergo Iuſt cia eſt habitus.

Hæc tota oratio trium propoſitionum, ... collectio concluſionis ex præmiſsis duabus, ... catur argumentatio, quia concluſio iuſtitia ... virtus, colligitur ex præmiſsis & confirma... per præmiſſas propoſitiones, in quibus eſt cau... cur concluſio ſit vera.

DIFFERENTIA INTER augumentationem & argumentum.

Etſi quidam Dialectici non diſtingu... propterea quod definitio vſitata argumenti ... teſt vtriq; accommodari, Vtpote: Argum... tum eſt ratio rei dubiæ fidem faciens: Tam... prodeſt propriam diſtinctionem obſeruare. D... ferunt autem ſicut totum & pars. Nam ar... mentatio, propriè eſt tota connexio propoſi... num cum concluſione, ſeu tota illa oratio pr... ſitionibus præmiſsis & concluſione conſta... Sed argumentum propriè eſt medius termi... qui continet cauſam ſeu rationem connexi... & conſequentiæ. Vt totus ſyllogiſmus:

Omnis virtus eſt habitus.

Iuſticia eſt virtus.

Ergo iuſticia eſt habitus.

Vocatur argumentatio, Sed medius ter-
mus, videlicet virtus vocatur argumen-
quia hæc vox coniuncta cum vtraq; parte
cluſionis in præmiſsis oſtendit cauſam, cur
oncluſione prædicatum rectè tribuatur ſub-
o. Sic in negatiuo ſyllogiſmo medium oſten
cauſam, cur in concluſione negatiua remo-
tur prædicatum à ſubiecto. Et eam ob cau-
in quarto libro loci vocantur argumento-
, & non argumentationum ſedes, quia o-
dunt argumentum, id eſt, medium, termi-
a, argumentationum. Non vero docent ra-
tem argumentandi, quæ in hoc tertio libro
litur, Res conuenit cum menſuratione.
nſuratio duarum rerum æqualium aut inæ-
lium eſt quaſi argumentatio: Sed menſura,
vlna aut alia res longa, eſt quaſi argu-
tum, quæ oſtendit an res, quæ menſuran-
ſint æquales vel inæquales. Argumentum
corpus animatum ſentiens.

inus eſt animal.

Argumentatio eſt ſic: Omne corpus animatum ſentiens eſt animal. Aſinus eſt corpus animatū ſentiens.

go, Aſinus eſt animal.

Nota.

DE PARTIBVS ARGVME-tationis.

Partes argumentationis ſunt duæ, Mate- & Forma. Materia ſunt ipſæ res ſeu propoſiti- nes quibus argumentatio conſtat. Propriiſſi- autem res argumentationis eſt argumentū - medius terminus, qui eſt cauſa concluſion- Ideo dicitur quod res argumentationum ſum- tur ex locis, id eſt, argumentum ex locis ſum- tur, ſeu medius terminus.

Forma argumentationis eſt ordo ſeu - ſpoſitio & connexio ſingularum partium, q- vocatur bona conſequentia.

DE BONA ET MALA conſequentia.

Bona conſequentia eſt recta connexio o- nium partium in argumentatione, in qua c- nexione nullum præceptum Dialecticæ vio- tur.

Mala conſequentia eſt mala conne- partium in argumentatione, in qua præcept- aliquod vel præcepta Dialecticæ violātur. -

Omnis virtus eſt habitus.
Iuſticia eſt virtus.
Ergo Iuſticia eſt habitus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

In hac argumentatione eſt bona conſe-
ntia, quia nullum præceptum Dialecticum
latur.

Omnis virtus eſt habitus.
Scientia non eſt virtus.
Ergo, Scientia non eſt habitus.

In hac argumentatione eſt mala conſe-
ntia, quia violatur præceptum Dialecti-
 de modis primæ figuræ, quod in prima fi-
a minor ſemper debet eſſe affirmatiua.

E SPECIEBVS ARGVMEN-tationis.

Quinq; ſunt argumentationum ſpecies. I.
logiſmus. II. Enthimema. III. Inductio.
II. Exemplum. V. & Sorites.

Hæ diuiduntur in perfectas, & in imper-
tas. Perfectæ ſunt, in quibus propoſitio nulla
præmiſsis omiſſa eſt. Imperfectæ ſunt, in qui-
s aliqua omiſſa eſt, vt fit in Enthimemate
exemplo.

DE SYLLOGISMO.

Ramus Syllogismus est Dianoia qua quæstio cum argumento ita disponitur ut posito antecedente necessario concludatur.

Syllogiſmus eſt argumentatio, in qua ex
abus propoſititionibus, in quibus ſunt tan-
m tres termini, tertia ptopoſitio ſeu concluſio
ducitur. Vt:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Nam cum Thema conjunctum seu axioma est dubium, quaestio efficitur: Et ad ejus confirmationem vel confutationem argumento opus est quod cum ipsa disponatur ac tandem propter argumenti legitimam dispositionem necessario concluditur.

Primus terminus. 2. terminus.
Omnis homo eſt animal rationale.
3. terminus.
Cicero eſt homo.
Ergo, Cicero eſt animal rationale.

Promanat autem conſequentia Syllogiſ ex Geometricis principijs: Quæcunq; vni te conueniunt, illa inter ſe conueniunt: Ex principio oritur Syllogiſmus affirmatiu Item, Quorumcunq; duorum alterum vni tio conuenit, alterum non conuenit, illa in ſe non conueniunt. Ex hoc principio oritur logiſmus negatiuus. Vt:

1 *Animal rationale.*	*Conueniunt.*	*Ergo con niunt.*	
3 *Homo*			
2 *Cicero*	*Conueniunt.*		

Vt: Homo eſt animal rationale, hæc, pr dicatum & ſubiectum conueniunt, ſeu con cti poſſunt. Cicero eſt homo, hæc ſubiectum prædicatum conueniunt ſeu connecti poſſu Ergo in concluſione poteſt etiam fieri hæc co nexio affirmatiua. Ergo Cicero eſt animal tionale.

Sic in negatiuo Syllogiſmo: Nullum a mal eſt lapis: Hæc ſubiectum ex prædicat non conueniunt, Sed remouentur ab inuic

A

r negationem. Omnis homo eſt animal, hæc ſubiectum & prædicatum conueniunt. Ergo in conclusione hæc, ſubiectum & prædicatum non debent connecti affirmatiuè, ſed negatiuè ſe inuicem remoueri. Ergo, Nullus homo eſt ... ois.

Lapis.	non conueniunt.	Ergo non conueniunt.
Animal.		
Homo.	conueniunt.	

Eſt itaq; Syllogiſmus nihil aliud quam argumentatio, in qua argumentum ſeu medius terminus in præmiſsis confertur cum ſubiecto & prædicato concluſionis, vt appareat: vtrum per affirmationem coniungi, aut per negationem ſeparari debeant? In negatiuis.

Omnis homo eſt animal rationale.
Nullus aſinus eſt animal rationale.
Ergo nullus aſinus eſt homo.

Homo	Conueniunt.
Animal rationale	
Aſinus	non conueniunt.

DE PARTIBVS SYLlogiſmi.

Syllogiſmi partes propriè ſunt, Materia & Forma: Materia autem duplex eſt. Complexa & Incomplexa. Complexa ſunt tres propoſi-

Syllogismi duae sunt partes: Antecedens & Consequens quae essentiales dicuntur. Antecedens est quae collatione quaestionis cum tertio argumento & causam concludendi continet & sic

[illegible] dicimus facis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

partes Syllogismi dua sunt 1 propositio 2 assumptio
propositio est prima pars antecedentis qua quæstionis
saltem consequens cum Argumento disponitur:

poſitiones. I. Maior propoſitio. II. Minor pro-poſitio. III. & concluſio.

Maior propoſitio eſt propoſitio prima.

Minor propoſitio eſt propoſitio ſecunda.

Hæ duæ propoſitiones vocantur præmiſ-ſæ, quia concluſionem præcedunt.

Concluſio eſt propoſitio tertia, quæ e[x] præmiſſis infertur.

Incomplexa materia ſunt tres termini, e[x] quibus promiſſæ conſtant tanquam ſubiectis [et] prædicatis: I. Maior terminus. II. Minor ter-minus. III. & Medius terminus.

Maior terminus eſt, qui tantum in maio-re propoſitione ponitur, & fit prædicatum con-cluſionis.

Minor terminus eſt, qui tantum in mino[re] propoſitione ponitur, & fit ſubiectum conclu-ſionis.

Medius terminus eſt, qui in vtraq; præ-miſſa, maiore ſcilicet, & minore ponitur, Sed non in concluſione. Vt:

maior terminus.
Maior prop. *Omnis homo eſt animal rationa[le].*
Minor terminus.
Minor prop. *Cicero eſt homo.*
Hæ duæ uocantur præmiſſæ.
Medius terminus
Concluſio *Ergo, Cicero eſt animal rationale.*

Alia

statim apparet nam quod ad probandum assumuntur
argumentum tertium est medius terminus ut est ne
Cicero animal rationale ita quia est homo jam homo
quo probatur Ciceronem esse animal est medius terminus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

ALIVD.

maior terminus.
ma. pro. *Omnis virtus eſt habitus.*
Minor terminus.
Præmiſſæ mi. pro. *Iuſticia eſt virtus*
Medius terminus.
Ergo, Iuſticia eſt habitus.

DIVISIO SYLLOGIſmi.

Syllogiſmus ratione medij termini eſt duplex, communis & expoſitorius.

Communis eſt, in quo medium eſt prædicabile, id eſt, vel genus, vel ſpecies, vel differentia, vel proprium, vel accidens.

Expoſitorius Syllogiſmus eſt, in quo medium ſingulare ſeu indiuiduum eſt, ſicut infra oſtendetur.

DE FIGVRIS SYLLOGIſmorum.

Forma ſeu conſequentia Syllogiſmorum diſtinguitur in tres figuras, propter triplicem diſpoſitionem terminorum in præmiſſis. Cùm enim medius terminus eſt in maiore ſubiectũ, & in minore prædicatũ, tunc Syllogiſmus dicitur eſſe in prima figura. Quando vero medius

terminus eſt prædicatum in vtraq; præmiſſa
tunc Syllogiſmus eſt in ſecunda figura. Se
quando medius terminus eſt ſubiectũ in vtra
præmiſſa, tunc Syllogiſmus eſt in figura terti
Iuxta verſum vulgarem.

Prima prius ſubijcit mediũ poſt prædicat, ido
Prædicat altera bis, tertia bis ſubijci
Vt:

I Figura.	*Med:*	*O*
	O	*Med:*
II. Figura	*O*	*Med:*
	O	*Med:*
III. Figura	*Med:*	*O*
	Med:	*O*

Eſt itaq; figura nihil aliud, quam ordo ſe diſpoſitio terminorum, quæ mutatur iuxta co lationem Medij.

DE PRIMA FIGVRA.

Prima figura eſt talis ordo ſeu diſpoſiti propoſitionum Syllogiſmi, vt medius terminu ſit ſubiectum in maiore & prædicatum in mi

...ore. *Huius figuræ conſequentia eſt omnium perfectiſſima & planiſſima.*

DE MODIS PRIMAE Figuræ.

Vnaquæq; figura ſuos modos habet pro-...ter varietatem propoſitionum & concluſionis ...cundum quantitatem & qualitatem: Suntq; ...odi duplices, Directè concludentes & Indire-...è concludentes.

Eſt autem directè concludere, maiorem ...rminum Syllogiſmi eſſe prædicatum & mino-...m eſſe ſubiectum concluſionis. Indirectè con-...udere eſt minorem terminum eſſe prædica-...m & maiorem eſſe ſubiectum concluſionis: ...nt autem quatuor modi primæ figuræ dire-...è concludentes: Barbara, Celarent, Darij, Fe-...o. Et quinquæ ſunt modi concludentes in-...rectè. Baralipton, Celantes, Dabitis, Fapeſmo, ...riſeſomorum.

Vnde verſus.

...arbara, Celarent, primæ, Darij, ferioq;.

VEL SIC.

...arbara, Celarent, Darij, Ferio, Baralipton.
...elantes, Dabitis, Fapeſmo, Friſeſomorum.

EX-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

EXPLICATIO MODORVM Directorum primæ Figuræ.

Appellationes modorum oſtendunt, qua… debeat eſſe in Syllogiſmo, nam quælibet voca… lis ſuam habet ſignificationem:

A Significat vniuerſ: affir:
E Vniuerſ: Neg:
I Part: affir: vel ſing: affir:
O Part: vel ſing: Neg:

Accipit autem modus ſuam denominati… nem à concluſione ſeu à poſtrema vocali, … in Barbara fiunt Syllogiſmi vniuerſales affi… matiui.

EXEMPLA MODORVM.

Bar Omne animal eſt ſubſtantia.
Ba Omnis homo eſt animal.
Ra Ergo omnis homo eſt ſubſtantia.

ALIVD.

Bar Omnis virtus eſt habitus,
Ba Iuſticia eſt virtus.
Ra Ergo, Iuſticia eſt habitus.

ALIVD.

Bar Iniuſtus peccat contra legem Dei.
Ba Auarus eſt iniuſtus.
Ra Ergo, Auarus peccat contra legē D…

Aliud

ALIVD.

Soli credentes ſaluantur.
Soli regenerati per S. ſanctum credũt:
Ergo ſoli regenerati ſaluantur.

II. MODVS. CELARENT.

Nullum animal eſt lapis.
Omnis homo eſt lapis. animal
Ergo, Nullus homo eſt lapis.

ALIVD.

Nulla res à Deo ordinata eſt peccatum.
Magiſtratus eſt à Deo ordinatus.
Ergo, Magiſtratum gerere non eſt peccatum.

ALIVD.

Virtus non eſt vituperanda.
Parſimonia eſt virtus.
Ergo Parſimonia non eſt vituperanda.

DE III. MODO. DARII.

Omnis turpitudo eſt fugienda.
Quædam voluptas eſt turpis.
Ergo, Quædam voluptas eſt fugienda.

ALIVD.

Omnis legitima vindicta eſt conceſſa Chriſtianis.
Quoddã bellũ eſt legitima vindicta.
Ergo, Quoddam bellũ eſt conceſſũ Chriſtianis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Da Credentes ſaluantur.
RI Abraham credidit.
I Ergo, Abraham ſaluatus eſt.

IIII. MODVS. FERIO.

Fe Nulla lex naturæ eſt mutabilis.
ri Lex quæ præcipit honorari parentes, e
lex naturæ.
o Ergo, Lex de honorandis parentib
non eſt mutabilis.

ALIVD,

Fe Vindicta priuata non eſt conceſſa Chri-
ſtianis.
ri Quoddam bellum eſt vindicta priua
o Ergo, Quoddam bellum non eſt conce
ſum Chriſtianis.

ALIVD.

Fe Qui in deſperatione moriuntur, non ſa
uantur.
ri Iudas in deſperatione eſt mortuus.
o Ergo, Iudas non eſt ſaluatus.

REGVLAE SPECIALES D
prima Figura.

I. REGVLA.

In prima figura maior ſemper debet e

vni

uerſalis, & quando maior eſt particularis
rima figura, tunc non valet Syllogiſmus.

Quidam homines ſunt ſapientes.
Omnes ruſtici ſunt homines.
Ergo, Omnes ruſtici ſunt ſapientes.
Non valet, quia maior eſt particularis. Sic valet.

Cretenſes ſunt mendaces.
Epimenides fuit Cretenſis,
Ergo fuit mendax.

Quia maior indefinita valet particularem tum, id eſt, Quidam Cretenſes ſunt men-es. Hanc regulam ſolent Dialectici ſic reci-e. In prima figura debet in maiore propoſi-ne dici de omni, vel dici de nullo, hoc eſt, aior eſt affirm: debet prædicatum tale eſſe, cõueniat omnibus contentis ſub ſubiecto & rco etiã conueniat ſubiecto minoris. Si ve-eſt maior negatiua tunc debet prædicatum e eſſe, vt nulli contento ſub ſubiecto con-iat & idcirco etiam non conueniat ſubiecto oris: Vt:

Omnis homo eſt animal rationale.

In hac propoſitione eſt dici de omni, quia dicatum animal rationale conuenit omni- contentis ſub hoc ſubiecto, videlicet homo.

Nullus

Nullus homo eſt lapis.

In hac propoſitione eſt dici de nullo, q.p

prædicatum lapis nulli indiuiduo huius ſpec

quæ dicitur homo, conuenit.

Homo eſt animal rationale. | *Nullus homo eſt lapis.*

Cicero	*dicitur de*	*Cicero*	*dicitur de*
Scipio	*omni.*	*Scipio*	*nullo.*
Plato	*Contrà*	*Plato*	
Socrates		*&c.*	
&c.			

SIC.

Omnis virtus eſt habitus. *Nulla virtus* *vitium.*

Iuſticia	*dicitur de*	*Sapientia*	*dic*
Sapientia	*omni. Itẽ.*	*Iuſticia*	*de*
Fortitudo		*Fortitudo*	*lo.*
Tẽperantia		*Tẽperãtia*	

II. REGVLA.

Minor in prima figura debet ſemper affirmatiua, cum itaq; minor eſt negatiu prima figura, tunc nihil ſequitur. Et ca perſpicua eſt, Quia cum prima figura pro dat à genere ad ſpeciem. Ideo nec eſt, vt ſubiectum minoris includatur in ſ iecto maioris, tanquam ſpecies includi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

genere. Id fieri non poteſt per negationem,
d neceſſe eſt vt fiat per affirmationē, Neceſ-
eſt igitur vt minor ſit affirmatiua, in pri-
figura, vt non valet.

Omnis virtus eſt habitus.
Nulla ſcientia eſt virtus.
Ergo, Nulla ſcientia eſt habitus.

Item, non valet.

Omnis homo eſt creatura Dei.
Nullus aſinus eſt homo.
Ergo, Nullus aſinus eſt creatura Dei.

Reſpondendum eſt, Nego conſequentiā,
iia in prima figura minor debet eſſe affirma-
na.

EXCEPTIO I.

Exclusiva enim parti-
cula vim universalis
non habent.

Excipiuntur Syllogiſmi, in quibus maior
excluſiua. Vt: vide lib 2 folio 115

Soli credentes in Chriſtum ſaluantur.
Philoſophi Ethnici non crediderunt in Chriſtum.
Ergo, Philoſophi Ethnici non ſunt ſaluati.

Item.

Tantum agentes pœnitentiā placent Deo.
Retinens malum propoſitum non agit pœnitentiam.
Ergo retinens malum propoſitum non placet Deo.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Eſt autem ratio conſequentiæ, quod c... excluſiuè conuertuntur, in æquipollentem... Syllogiſmus ſecundæ figuræ. Ideoq; etſi for... cum prima figura conuenit, tamen ratio con... quentiæ fluit ex figura ſecunda. Vt:

Omnes, qui ſaluantur, credunt in Chri...
Philoſophi Ethnici non crediderunt...
Chriſtum.
Ergo, Philoſophi Ethnici non ſunt...
uati.

Item.

Tantum homo eſt animal rationale.
Aſinus non eſt homo.
Ergo, Aſinus non eſt animal rational...

In ſecunda Figura.

Omne animal rationale eſt homo.
Aſinus non eſt homo.
Ergo, Aſinus non eſt animal rationa...

EXCEPTIO II.

Eadem eſt ratio cùm in maiore ſubie... & prædicatum ſunt termini conuertibiles...

Omne animal rationale eſt homo.
Aſinus non eſt animal rationale.
Ergo, Aſinus non eſt homo.

Quia maior, Omne animal rational... homo, æquipollet excluſiuè: Tantum hom...

mal rationale. Itaq́ ſimili modo ratio conſe-ntiæ ex ſecunda figura procedit, & non ex ma, licet forma ſit primæ.

ALIVD.

Animalia quæ habent pulmonem ſpirant, ſces non habent pulmonem, Ergo piſces non rant.

OBSERVATIO.

Sæpè accidit, vt in argumentatione tran-nantur promiſſæ, vt in prima figura ſæpè fit lis tranſpoſitio.

Omnis homo eſt animal.
Omne animal eſt ſubſtantia.
Ergo omnis homo eſt ſubſtantia.

Talis forma etſi cum Sorite conuenit, ta-men rectè etiam dicitur eſſe vniuerſa forma, imæ figuræ. Itaq́ reſpondens in diſputatione bet eam tranſpoſitionem emendare, rectè col-catis præmiſſis.

Omne animal eſt ſubſtantia.
Omnis homo eſt animal.
Ergo omnis homo eſt ſubſtantia.

Item.

Quædam voluptas eſt turpis.
Omnis turpitudo eſt fugienda.
Ergo, Quædam voluptas eſt fugienda.

Eſt inuerſus Syllogiſmus in prima figura. Hæc obſeruatio in Rhetoricis valde vtilis eſt & necessaria, quia Rhetores plerumq; in orationibus ſolent primo loco ponere minorem, Secundo loco confirmationis gratia maiorem.

DE MODIS INDIRECTE concludentibus.

Etſi nullus fermè vſus eſt Modorum indirectè concludentium, tamen etiam addam exempla.

Ba Omne animal eſt ſubſtantia.
ra Omnis homo eſt animal.
lip Ergo, Quædam ſubſtantia eſt homo.
Directè concluderet in Barbara.
Ergo omnis homo eſt ſubſtantia.

Ce Nullum animal eſt arbor.
lan Omnis homo eſt animal.
tes Ergo nulla arbor eſt homo.

ALIVD.

Da Omne animal eſt ſubſtantia.
bi Quidam homo eſt animal.
tis Ergo, Quædam ſubſtantia eſt homo.
Directa concluſio in Darij.
Ergo, Quidam homo eſt ſubſtantia.

ALIVD.

Omne

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Omne animal eſt ſubſtantia.
Nulla arbor eſt animal.
Ergo, Quædam ſubſtantia non eſt arbor.

DE SECVNDA FIgura.

Secunda figura eſt talis ordo propoſitionum Syllogiſmi, vt medius terminus ſit prædicatum in vtraq; præmiſſa, hoc eſt, in maiore & minore.

DE MODIS SECVNDÆ Figuræ.

Quatuor ſunt modi ſecundæ figuræ, Cæſare, Cameſtres, Feſtino, Baroco. Suntq; omnes modi negatiui, Sicut vltimæ vocales oſtendunt.

EXEMPLA MODORVM

CÆSARE.

Nullus lapis eſt animal.
Omnis homo eſt animal.
Ergo, Nullus homo eſt lapis.

ALIVD.

Nullus Chriſtianus dubitabit, an ſit Deus? & an exaudiat inuocantes?
Omnes Philoſophi Ethnici dubitarunt, an ſit Deus? & an inuocãtes exaudiat?

re Ergo, Nulli Philoſophi Ethnici fu-
runt Chriſtiani.

CAMESTRES.

Ca Omnis qui credit in Chriſtum ſalu-
tur.

me Immiſericordes erga proximos : n
ſaluantur.

ſtres Ergo, Immiſericordes erga proxi
non credunt.

ALIVD.

Ca Qui ex Deo eſt, verba Dei audit.

me Epicurei contemptores non aud
verbum Dei.

ſtres Ergo, Epicurei contemptores
ſunt ex Deo.

ALIVD.

Ca Tantum in cœtu vocatorum ſunt e

me Mahometiſtæ non ſunt in cœtu v
torum.

ſtres Ergo, Manentes in Idolatria M
metica, non ſunt electi.

FESTINO.

Fe Nullus lapis eſt homo.

ſti Cicero eſt homo.

no Ergo, Cicero non eſt lapis.

A

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

ALIVD.

Nullus idolatra poteſt Deum adorare in Spiritu & veritate.

Quidam ex Iudæis eo tempore quando Phariſæi dominabantur, adorabant Deum in ſpiritu & veritate, Vt Ioſeph, Maria, Simeon, Anna, Zacharias, Elizabeth.

Ergo, Quidam ex Iudæis non fuerunt Idolatræ.

ALIVD.

Nulli increduli ſaluantur.

Abraham eſt ſaluatus.

Ergo Abraham non fuit incredulus.

BAROCO.

Omnis homo eſt rationalis creatura.

Quædam animalia non ſunt rationales creaturæ.

Ergo, Quoddam animal non eſt homo.

ALIVD.

Omnes viri ſucceſſores Apoſtolorum docent Euangelium Chriſti.

Papa non docet Euangelium Chriſti.

Ergo, Papa non eſt ſucceſſor Apoſtolorum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

ALIVD.

Ba Tantum credentes ſaluantur.
ro Iudas non eſt ſaluatus.
co Ergo, Iudas non credidit.

REGVLAE SPECIALES DE ſecunda Figura.

I. REGVLA.

In ſecunda figura ſicut in prima maior de- bet ſemper eſſe vniuerſalis, quia in ſecunda fi- gura, cum ea tantùm ſit aduerſatiuarum argu- mẽtationũ. Ideo minor & concluſio inferunt per contrapoſitionẽ ex maiore, neceſſe eſt igitur maiorem vniuerſalem eſſe, vt hæc propoſiti Omnis homo eſt animal, Per contraoppoſitio- nem ſic conuertitur. Ergo quicquid non eſt a- mal, non eſt homo. Hinc itaq; infertur:

Lapis non eſt animal.
Ergo, Lapis non eſt homo.
Omnis homo eſt animal, Contrapoſitio.
Ergo, Quicquid non eſt homo, non eſt a- mal.
Minor ex contrapoſitione.
Lapis non eſt homo.
Concluſio ex contrapoſitione.
Ergo, lapis non eſt animal.

ALIVD.

Omnis credens ſaluatur. Contrapoſitio.
Ergo, Qui non ſaluatur, non credit.
Minor ex contrapoſitione.
Iudas & Cain non ſunt ſaluati.
Concluſio ex contrapoſitione.
Ergo, Iudas & Cain non crediderunt.
Itaq; cum maior eſt particularis, non va-
conſequentia. Vt:
Cretenſes ſunt mendaces.
Epimenides non eſt mendax.
Ergo, Epimenides non eſt Cretenſis.
n valet, quia maior eſt particularis:
Quidam Cretenſes ſunt mendaces.

II. REGVLA.

In ſecunda figura fiunt negatiui Syllogiſ-, quia eſt antitheſis duarum ſpecierum, quæ negationem ab inuicem remouentur, ſeu de inuicem negantur. Cùm itaq; affirmatiui llogiſmi in ſecunda figura producuntur, ne-nda eſt conſequentia, quia affirmatiui Syllo-mi in ſecunda figura non valent, nam ſunt nullo modo, Vt non valet: quia posita remo ventur omnes desp rata folio 464.

Omnis homo eſt bipes.
Omnis Gallina eſt bipes.
Ergo, Omnis Gallina eſt homo.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

EXCEPTIONES.

I. EXCEPTIO.

Excipiuntur Syllogiſmi, in quibus ſun[t] excluſiuæ, quia propter excluſiuarum conue[r]ſionem ſeu æquipollentiam ratio conſequenti[æ] in excluſiuis ex prima figura pendet, ad qua[m] etiam referri poſſunt. Vt:

Tantum homo eſt animal rationale.
Cicero eſt homo.
Ergo Cicero eſt animal rationale.
In nullo modo ſecundæ figuræ.
Omne animal rationale eſt homo.
Cicero eſt animal rationale.
Ergo, Cicero eſt homo.
In prima figura in Darij.

Maiore enim conuerſa in æquipollente[m] fit Syllogiſmus primæ figuræ in Darij.

ALIVD.

Soli credentes ſaluantur.
Omnis qui inuocat nomen Domini ſalu[a]tur.
Ergo, Qui rectè inuocat nomen Dom[ini] credit.

Maiore conuerſa in æquipollentem fit Sy[l]logiſmus primæ figuræ.

Omn[is]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Omnes qui ſaluantur credunt.
Omnes inuocantes nomen Domini ſaluantur.
Ergo, Omnes inuocantes nomen Domini credunt.

ALIUD.

Omnes qui ſaluantur credunt.
Soli regenerati credunt.
Ergo, Soli regenerati ſaluantur.

Si excluſiuæ conuertantur in æquipollentes, fit Syllogiſmus primæ figuræ.

Omnes qui credunt ſunt regenerati.
Omnes qui ſaluantur credunt.
Ergo, Omnes qui ſaluãtur ſunt regenerati.

II. EXCEPTIO.

Eadem eſt ratio cùm in maiore ſubiectum & prædicatum ſunt termini conuertibiles. Vt:

Omnis gladius eſt enſis.
Hæc res eſt enſis.
Ergo hæc res eſt gladius.
Conſequentiæ ratio fluit ex prima figura.

ALIUD.

Omnis iuſtus ſuum cuiq; tribuit,
Ariſtides ſuum cuiq; tribuit.
Ergo, Ariſtides eſt iuſtus. Hæc ratio conſequentiæ venit ex prima figura.

Aliud.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

ALIVD.

Bonus Paſtor animã ſuã ponit pro ouib[...]
Chriſtus animam ſuam ponit pro ouib[...]
Ergo, Chriſtus eſt bonus Paſtor.

Ratio conſequentiæ venit ex prima[...] gura.

Qui animam ſuam ponit pro ouibus ∧ [...]
eſt bonus paſtor.
Chriſtus poſuit animã ſuã pro ouibus ∧ [...]
Ergo, Eſt bonus paſtor.

Tales Syllogiſmi ſunt vſitati in ar[...] mentationibus à definitionibus & proprij[...] quarto modo in omnibus artibus. Vt:

Saluia eſt herba, habens talem caulem[...]
lia folia, talem colorem, odorem, ſa[...]
rem, tales flores.
Hæc herba habet omnia talia.
Ergo, Hæc herba eſt ſaluia.

Item.

Emptio eſt conuentio inter venditor[...]
& emptorem de merce & precio.
Hi duo conueniunt inter ſe de merce[...]
precio.
Ergo, Inter hos facta eſt emptio.

Tantum maior debet in talibus argum[...] tationibus conuerti, vt ex prædicato fiat ſub[...]

ctum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Procedit in 3 figura a specie ad genus

m, & ex ſubiecto prædicatum, tunc ſunt
ogiſmi primæ figuræ. Vt:

Conuentio inter venditorem & emptorem de merce & precio eſt emptio.
Hi duo conueniunt inter ſe de merce & precio.
Ergo, Inter hos facta eſt emptio.

DE TERTIA FIGVRA.

Tertia figura eſt talis ordo propoſitionum giſmi, vt medius terminus ſit Subiectum raq; præmiſſa, hoc eſt, in maiore & mi-

DE MODIS TERTIAE Figuræ.

Modi tertiæ Figuræ ſunt ſex, Darapti, tton, Diſamis, Datiſi, Bocardo, Feri-

EXEMPLA MODORVM.

Omnis homo eſt animal.
Omnis homo eſt ſubſtantia.
Ergo, Quædam ſubſtantia eſt animal.

ALIVD.

Omnis virtus eſt habitus.
Virtus facit homines bonos & laudatos.

Ergo,

ti Ergo, Quidam habitus faciunt hom[illegible]
bonos & laudatos.

ALIVD.

Da Omnia ſunt condita per Verbum.
rap Omnia ſunt condita per Filium.
ti Ergo, Filius eſt Verbum.

FELAPTON.

Fe Nullus homo eſt lapis.
lap Omnis homo eſt ſubſtantia.
ton Ergo, Quædam ſubſtantia non eſt la[illegible]

ALIVD.

Fe Nullum iuſtum imperium eſt ex[illegible]
endum.
lap Omnia etiam iuſta imperia haben[illegible]
qua onera duriora & aliqua er[illegible]
ton Ergo, Aliqua onera duriora, &[illegible]
qua errata non ſunt excutienda.

DISAMIS.

Diſ Quidam homines viuent in æter[illegible]
cum Deo.
am Omnes homines ſunt creaturæ Do[illegible]
is Ergo, Quædam creaturæ Dei v[illegible]
cum Deo in æternum.

ALIVD.

Dis Quædam peccata ſunt venialia[illegible]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Omne peccatum pugnat cum lege Dei.
Ergo, Aliquid pugnans cum lege Dei eſt veniale.

ALIVD.

Cretenſes ſunt mendaces.
Omnes Cretenſes ſunt Græci.
Ergo, Quidam Græci ſunt mendaces.

DATISI.

Omnis vera inquiſitio naturæ eſt bona.
Quædam inquiſitio naturæ eſt ſtudium Philoſophicum.
Ergo, Quoddam ſtudium Philoſophicum eſt bonum.

BOCARDO.

Quoddam bellum non eſt prohibitum Chriſtianis.
In omni bello fiunt homicidia.
Ergo quædam homicidia non ſunt prohibita Chriſtianis.

FERISON.

Nullum violentum imperium eſt diuturnum.
Quoddam violentum imperium eſt iniuſtum.

Ergo,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

on Ergo, quædam iniuſta non ſunt diut
na.

REGVLA SPECIALIS.

In tertia figura concluſio ſemper de
eſſe particularis, & cauſa manifeſta eſt, q
in tertia figura proceditur à ſpecie ad gen
Ergo neceſſe eſt ſeruari regulam, quæ cum
ordine naturæ conuenit, videlicet: Poſita
cie, ponitur genus, Sed particulariter non v
uerſaliter, vt cum dico: Hic eſt homo, poſſ
dicere: Ergo, Hic eſt aliquod animal, &
poſſum dicere: Ergo, Hic eſt omne animal
Sic negata ſpecie, negatur genus part
lariter, ſed non vniuerſaliter, vt cum d
Hic non eſt equus, poſſum inde conclud
Ergo, Hic aliquod animal non eſt, non poſſ
concludere. Ergo, Hic nullum animal ad
Non itaq; valet talis argumentatio:

Omnis homo eſt animal.
Omnis homo eſt ſubſtantia.
Ergo, Omnis ſubſtantia eſt animal.

Neganda eſt conſequentia, quia concl
in tertia figura debet eſſe particularis.

EXCEPTIO.

Excipiuntur Syllogiſmi, in quibus ſu
minore excluſiuæ & termini conuertibiles,

ogiſmi propter æquipollentiam aut conuer-
m accipiunt rationem conſequentiæ ex
na figura. Vt:

Soli credentes ſaluantur.
Soli credentes appræhendunt fide merita Chriſti & miſericordiam Dei.
Ergo, Soli appræhendentes merita Chriſti & miſericordiam Dei ſaluantur.

VEL SIC.

Soli credentes ſaluantur.
Omnes credentes appræhendunt fide merita Chriſti & miſericordiam Dei.
Ergo, Omnes appræhēdentes merita Chriſti, & miſericordiam Dei ſaluantur.

Refertur vterq; Syllogiſmus per conuer-
m minoris ad primam figuram, hoc modo:

Soli credentes ſaluantur.
Omnes qui appræhendunt merita Chriſti & miſericordiam credunt.
Ergo, Omnes apprehendentes merita Chriſti & miſericordiam Dei ſaluantur,

Ita manifeſtè apparet rationem conſe-
tiæ pertinere ad primam figuram ad mo-
Barbara.

DE SYLLOGISMO expoſitorio.

Syllogiſmus Expoſitorius, eſt Syllogiſm tertiæ figuræ, in quo medium eſt ſingulare. valet affirmatiuè & negatiuè. Affirma propter Regulam: Quicquid conuenit defin idem conuenit & definitioni. Et quod ſubie ſingulari tribuitur, Idem tribui poteſt eius ciei, vel differentiæ vel proprio. Vt:

Hoc vrit.
Hoc eſt ignis.
Ergo, Ignis vrit.

Item.

Hæc res medetur tuſſi.
Hæc res eſt Glycyrrhiza.
Ergo, Glycyrrhiza medetur tuſſi.

OBSERVATIO.

Cùm maior terminus ſignificat accid quod non eſt proprium toti ſpeciei, tunc conc ſio debet eſſe particularis. Vt.

Hæc res eſt alba.
Hæc res eſt paries.
Ergo, Quidam paries eſt albus.
Non valet:
Ergo, Omnis paries eſt albus.

Item

Item.

Cicero eſt eloquens.
Cicero eſt homo.
Ergo, Quidam homo eſt eloquens.

n valet:

Ergo, Omnis homo eſt eloquens.

Negatiuè valet Syllogiſmus expoſitorius pter hanc regulam: Quæ remouentur ab v- ſingulari, illa à ſe inuicem remouentur, iuxta cipium Geometricum, quod ſupra recita- n eſt de negatiuis Syllogiſmis. Vt:

Petrus non tenuit imperium.
Petrus tenuit claues Eccleſiæ.
Ergo, Claues Eccleſiæ non ſunt imperium.

Item.

Titus fuit Chriſtianus.
Titus non fuit circumciſus.
Ergo, Circumciſio non eſt neceſſaria Chri- ſtianis.

Nomen expoſitorij Syllogiſmi inde ſum- um eſt, quia in Syllogiſmo expoſitorio expo- ntur propoſitiones Syllogiſmi communis per empla ſingularia ex ipſa experientia ſumpta. eo ſolet rectè dici, quod Syllogiſmus expoſi- rius eſt in omni cognitione primus. Vt:

Omnis qui credit, ſaluatur—Maior Syllo- giſmi communis.

*Abraham eſt ſaluatus——Maior Syllo-
giſmi expoſitorij.*

*Quidam credentes ſunt diuites—Minor
Syllogiſmi communis.*

*Abraham fuit diues——Minor Syllogiſ-
mi expoſitorij.*

*Ergo, Quidã diuites ſaluantur——Con-
cluſio vtriuſq;.*

ALIVD.

*Omnis iuſtus eſt laude dignus—Maior
Syllogiſmi communis.*

*Ariſtides eſt laude dignus—Maior Syl-
logiſmi expoſitorij.*

*Omnis iuſtus ſuum cuiq; tribuit—Minor
Syllogiſmi communis.*

*Ariſtides ſuum cuiq; tribuit. Minor Syllo-
giſmi expoſitorij.*

*Ergo, ſuum cuiq; tribuens eſt dignus lau-
de—Concluſio vtriuſq;.*

REGVLÆ SPECIALES DE Syllogiſmo expoſitorio.

I. REGVLA.

*In Syllogiſmo expoſitorio prædicata Ma-
ioris & minoris eadem ratione debent compe-
tere medio ſeu ſubiecto, Cùm enim in accom-*

latione eſt ambiguitas ſeu diuerſa ratio,
c non valet conſequentia. Vt:

Iſte eſt Muſicus.
Iſte eſt albus.
Ergo, Eſt albus muſicus.

Item.

Epictetus fuit Philoſophus.
Epictetus fuit claudus.
Ergo, Fuit claudus Philoſophus.

Non valet, quia prædicata in vtraq; ma- pertinent ad ingenium, in minore pertinent corpus.

II. REGVLA.

In Syllogiſmo expoſitorio oportet alteram ræmiſſis quadrare ad regulam ſeu principi- regulatiuum, dici de omni: Ideo non va-

Hæc eſſentia diuina eſt pater.
Hæc eſſentia diuina eſt filius.
Ergo, Filius eſt pater.

Non valet, quia non quadrat ad regu- m, Dici de omni, id eſt, non valet de qua- q; perſona dicitur, quod ſit eſſentia diuina, perſona eſt pater.

DE REDVCTIONI-
bus.

Conſequentia quatuor modorum prim[illegible] figuræ eſt omnium perfectiſsima: Itaq; Dia[illegible]ctici tradunt artem reducendi aliarum figu[illegible]rum Syllogiſmos tanquam imperfectos ad a[illegible]quem modorum primæ figuræ, vt per eam [illegible]ductionem conſequentia in alijs figuris demo[illegible]ſtretur. Eſt itaq; reductio Syllogiſmorum [illegible]hil aliud, quam demonſtratio conſequent[illegible] ſumpta ex prima figura. Etſi verò vſus [illegible] eſt magnus, tamen exercitium ingenijs vt[illegible] eſt. Eſt autem duplex reductio: Alia vocat[illegible] recta ſeu oſtenſiua. Alia vocatur obliqua [illegible] impoſsibilis, vel reductio per impoſsibile.

DE REDVCTIONE RECT[illegible] ſeu Oſtenſiua.

Recta ſeu oſtenſiua reductio fit quatu[illegible] modis. Aut mutatione quantitatis propoſiti[illegible]nis, aut conuerſione, aut tranſpoſitione pr[illegible]miſſarum, aut conuerſione & tranſpoſitione [illegible]mul. Et fit in omnibus modis ſecundæ & te[illegible]tiæ figuræ præter Bocardo & Baroco.

REGVLAE.

I. REGVLA.

Prima conſonans modi imperfecti in [illegible]cunda & tertia figura ſignificat Syllogiſmu[illegible] ad eum modum primæ figuræ reduci debere, q[illegible] ab eadem conſonante incipit. Vt:

oco } reducũtur Cæſare } reducun-
ardo } ad Barbara. Cameſtres } ad Cela:

apti } reducun- Feſtino } reducũtur
iimis } tur ad Felapton } ad Ferio.
tiſi } Darij.

II. REGVLA.

Tres conſonantes, S. P. & M. quæ ſem-
ad præcedentem, & non ad ſequentem vo-
m pertinent, ſignificãt ſpeciem ſeu formam
uctionis, Iuxta hos verſus:
pliciter verti vult S: P. verò per Acci:
vult tranſponi: C. per impoßibile duci,
ſt, Quando vocali adhæret S. tunc ea pro-
tio in recta reductione debet conuerti con-
ſione ſimplici, ſi adhæret P. debet conuerti
uerſione per accidens, Si M. adhæret, debet
tranſpoſitio præmiſſarum, hoc eſt, Ex ma-
debet fieri minor, & ex minore maior. C.
ò pertinet ad reductionem obliquam.

EXEMPLA.

Nullus lapis eſt animal.
Omnis homo eſt animal.
Ergo, Nullus homo eſt lapis.

CONVERSIO.

Nullum animal eſt lapis.
Omnis homo eſt animal.

rent Ergo, Nullus homo eſt lapis.

ALIVD.

Cam Omnis homo eſt animal.
es Nullus lapis eſt animal.
tres Ergo, Nullus lapis eſt homo.

TRANSPOSITIO ET CON-
uerſio.

Nullum animal eſt lapis.
Omnis homo eſt animal.
Ergo, Nullus homo eſt lapis.
Concluſio conuertitur ſimpliciter.

ALIVD.

Feſ Nulla turpitudo laudatur in ſcriptu-
ra.
ti Quædam voluptas laudatur in ſcriptu-
ra.
no Ergo, Quædam voluptas non eſt tur-
pis.

CONVERSIO.

Fe Nihil quod in ſcriptura laudatur, e[illegible]
turpe.
ri Quædam voluptas in ſcriptura lauda-
tur.
o Ergo, Quædam voluptas non eſt tur-
pis.

Aliud.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

ALIVD.

Omnis homo eſt animal.
Omnis homo eſt ſubſtantia.
Ergo, Quædam ſubſtantia eſt animal.

Conuertitur per accidens.

Omnis homo eſt animal.
Quædam ſubſtantia eſt homo.
Ergo, Quædam ſubſtantia eſt animal.

ALIVD.

Quidam homo eſt ſubſtantia.
Omnis homo eſt animal.
Ergo, Quoddam animal eſt ſubſtantia.

Tranſpoſitio fit propter M.

Omnis homo eſt animal.
Quidam homo eſt ſubſtantia.
Ergo, Quædam ſubſtantia eſt animal.

ALIVD.

Omnis homo eſt animal.
Quidam homo eſt ſubſtantia.
Ergo, Quædam ſubſtantia eſt animal.

Conuertitur ſimpliciter.

Omnis homo eſt animal.
Quædam ſubſtantia eſt homo.
Ergo, Quædam ſubſtantia eſt animal.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

FELAPTON.

Fe Nullus homo eſt lapis.
lap Omnis homo eſt ſubſtantia.
ton Ergo, Quædam ſubſtantia non eſt la-
pis.
Fe Nullus homo eſt lapis.
ri Quædam ſubſtantia eſt homo.
o Ergo, Quædam ſubſtantia non eſt la-
pis.

DE REDVCTIONE obliqua.

Reductio obliqua ſeu per impoßibi[le] eſt, quæ propoſitionibus conceßis veris in Syl[lo]logiſmo imperfecto, & poſita eiuſdem Syllogiſ[mi] mi concluſione quaſi falſa, colligit in prima [fi]gura contradictionem, quæ cum vera eſſe non poßit, ſequitur priorem Syllogiſmum fuiſſe bo[num] num iuxta regulam: Contradictoriæ nunqua[m] poſſunt ſimul veræ aut falſæ eſſe: Sic redu[cuntur] cuntur duo modi, Baroco ſecundæ figuræ, & Bocardo tertiæ figuræ, ad Barbara primæ figu[ræ]. Et litera C. in vtroq; modo ſignificat ha[nc] reductionem, Vt eſt in verſu:

C. per impoßibile duci.

Obſeruentur autem duæ regulæ de h[ac] reductione, quæ ſunt in his verſibus.

uat maiorem, variatq́ ſecunda minorem,
rtia maiorem variat, ſeruatq́ minorẽ, id eſt,

In Baroco ſecundæ figuræ maior propoſi-
manet, minor fit ex contradictione conclu-
nis, & concluſio fit ex contradictione mino-
Vt:

Omnis aſinus eſt animal.
Quædam ſubſtantia eſt animal.
Ergo, Quædam ſubſtantia non eſt aſi-
nus.

Omnis aſinus eſt animal.
Omnis ſubſtantia eſt aſinus.
Ergo, Omnis ſubſtantia eſt animal.

Hæc contradictio in Barbara cum ſit fal-
Ergo neceſſe eſt priorem in Syllogiſmi Ba-
o eſſe bonum, propter regulam de contradi-
ijs.

In Bocardo tertiæ figuræ manet minor,
maior fit ex contradictione concluſionis &
cluſio ex contradictione maioris. Vt:

Quidam homo eſt lapis.
Omnis homo eſt animal.
Ergo, Quoddam animal non eſt lapis.

Omne animal eſt lapis.
Omnis homo eſt animal.
Ergo, Omnis homo eſt lapis.

DE

DE ENTHIMEMATE.

*Ariſtoteles dicit Enthimema eſſe imp-
fectum Syllogiſmum ex Icotibus & ſignis
eſt, ex ſignis veriſimilibus aut neceſſarijs.
quid colligens breui argumentatione. Vt: P
let, ergo ægrotat. Luceſsit, Ergo Sol oritur
Sed cum etiam in alijs materijs fiant Enthi-
mata, Ideo teneatur hæc communis defini-
Enthimema eſt imperfectus Syllogiſmus, in
vna ex præmiſsis, ſiue maior, ſiue minor om-
ſa eſt. Solet autem propoſitio altera omitti,
breuitatis cauſa, cum ſatis nota eſt, vel ca
decipiendi reſpondentem, cum non ſatis fir
eſt. Vt:*

Papa eſt blaſphemus	*Hic maior omiſſa*
Ergo, Papa punietur à Deo.	*Omnis blaſphemus nitur à Deo.*

Item.

Blaſphemi puniun: à Deo	*Hic minor om*
Ergo, Papa punietur à Deo.	*eſt: Papa eſt*
	ſphemus.

ALIVD.

Milo occidens Clodium vim vi repulit.	*Hic maior omiſſa*
Ergo, Milo occidens Clodium iuſtè fecit.	*Vim vi repel iuſtè facit.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Quomodo conficitur Enthymema: Data propoſitio quæritur medius terminus ex Topicis.

RVRSVM.

...m vi repellere licet | Hic minor deeſt:
...go, Milo iuſtè occi- | Milo vim vi repulit.
...dit Clodium.

Prior autem propoſitio, quæ concluſionem ...cedit, vocatur in Enthimemate antecedens, ...erior ſeu ipſa concluſio, vocatur conſequens, ...i antecedens falſum eſt, tunc illud negatur. ...i verò antecedens eſt verum, ſed conſe-...ns eſt falſum, tunc negatur conſequentia, ...negationis forma iubet omiſſam propoſiti-...n inquiri & probari, nam ſicut in Syllo-...o nunquam negatur concluſio: Ita in En-...emate nunquam debet negari conſequens.

Poetæ docent inutilia.
Ergo, Plato iuſtè eos eiecit è ciuitate.

Hic negandum eſt antecedens, quia illud ...lſum: Maior autem omiſſa eſt, quia eius ...tas euidens eſt, videlicet.

Omnes, qui docent inutilia iuſtè eijciuntur ciuitate vel ſocietate.

Sed in hoc Enthimemate.

Medius terminus.
Magi prædicunt futura.
Minor terminus.
Ergo, Magi habent ſpiritnm Propheticũ.

Ne-

*Neganda eſt conſequentia, quæ nega…
propriè negat maiorem integri Syllogiſmi. …
Omnis qui prædicit futura, habet ſpirit…
Propheticum.
Hæc eſt falſa, quia Diabolus etiam …
Magos aliqua futura prædicere poteſt.*

*DE MEDIO TERMINO E…
thimematis.*

*Cùm Enthimema ſit forma bonæ ar…
mentationis, neceſſe eſt vt habeat medium …
minum concludendi, ſeu vt ſolet dici med…
concludendi, qui terminus medius eſt cauſa …
firmationis aut negationis in concluſione. …
cile autem poteſt inueniri medius terminus …
thimematis, ex doctrina de terminis in…
Syllogiſmi. Maior enim terminus in omni…
recta concluſione fit prædicatum, minor fit …
iectum. Medius terminus eſt qui in præm…
eſt, & non in concluſione. Itaq; illa vox …
pars quæ ponitur in antecedente Enthim…
tis, & non in conſequente eſt medius term…
Entihmematis, ſeu medium concluſionis. …*

EXEMPLVM.

*Clodius vim intulit Miloni.
Ergo, Clodius iuſtè occiſus eſt.
Medium in hoc Enthimemate eſt in…*

...ium. Maior eſt iuſtè occiſus eſt, Minor eſt ...odius.

ALIVD.

Fide accipimus remiſsionem peccatorum.
Ergo, Fide iuſtificamur.

DE INDVCTIONE.

Inductio eſt argumentatio, in qua ex ſin...laribus, aut ex partibus, aut ex ſpeciebus, ... ex particularibus ſufficienter enumeratis ...cluſio vniuerſalis inducitur. Vt:

Plebs Romana fauet Miloni.
Equeſter ordo fauet Miloni.
Senatus fauet Miloni.
Ergo, totus populus Romanus fauet Miloni.

ALIVD.

In Scipione fuit prudentia.
In Scipione fuit iuſticia.
In Scipione fuit Temperantia.
In Scipione fuit fortitudo.
Ergo, Scipio habuit virtutes à quibus boni viri appellantur.

Cùm autem longum aut tædioſum eſt om... partes aut ſpecies, ſeu omnia ſingularia ... particularia enumerare, tunc veritatis cauſa cum

cum aliquibus tantum ſolet addi hæc clauſ
Nec diſsimile exemplum reperitur. Vt:

Vinum Creticum calefacit.
Vinum Italicum calefacit.
Vinum Gallicum calefacit.
Vinum Hiſpanicum calefacit.
Vinum Vngaricum calefacit.

Nec inuenitur diſsimile exemplum.

Ergo, Omne vinum calefacit.

Ex ſingularibus.

Abel credidit in Chriſtum.
Seth credidit in Chriſtum.
Noah credidit in Chriſtum.
Abraham credidit in Chriſtum.
Iſaac credidit in Chriſtum.

Nec inuenitur diſsimile exemplum.

Ergo, Omnes Sancti crediderunt in Chri-ſtum.

DE TERMINIS INDV- ctionis.

Maior terminus eſt, qui ponitur in p miſsis & concluſione. Minor terminus eſt, ponitur in concluſione tantum. Medius ter nus ſunt omnia illa ſingularia, vel partes ſpecies quæ recenſentur in præmiſsis vna c

uſula communi: Nec diſsimile exemplum
nitur, Vt, Hæ voces, Abel, Seth, Noe,
raham, Iſaac, cum clauſula vocantur medi-
quia ſunt cauſa connexionis ſubiecti &
dicati.

ALIVD.

Plebs Rom. fauet Miloni.
Equeſter ordo fauet Miloni.
Senatus Romanus fauet Miloni. } maior.
Ergo totus populus Romanus fauet Miloni.

Omnes præmiſſæ ſimul vocantur in indu-
e antecedens, concluſio vocatur conſe-
s, quia hoc modo poteſt inductio redigi in
am Enthimematis, ſi ex omnibus præ-
s fiat vnum antecedens. Vt:

Plebs Romana & equeſter ordo & Senatus fauet Miloni.
Ergo, totus populus Romanus fauet Miloni.

Cùm autem in aliqua parte antecedentis
 aliqua præmiſſarum eſt falſitas, tunc illa
tur. Cùm verò partes antecedentis ſeu

præmiſſæ ſunt veræ, & conſequens falſum
tunc negatur conſequentia, & oſtenditur
emplum diſsimile. Eſt enim regula: Exemp
diſsimile ſoluit inductionem. Præmiſſæ om
in inductione debent eſſe eiuſdē qualitatis
concluſione, id eſt, debent ſimul eſſe affirm
uæ aut negatiuæ.

DE EXEMPLO.

Exemplum eſt forma argumenta
qua ſingulare per aliud ſingulare in
ſpecie confirmatur, propter ſimilem ration
Vt:

Abraham fide iuſtificatus eſt.
Ergo etiam Iacob fide iuſtificatus eſt.

Item.

Dauid fide vicit Goliath.
Ergo, Scipio fide vicit Hannibalem.

Non valet; Quia ſingularia non ſun
uſdem ſpeciei, id eſt, non ſunt ſimul Chriſt
ſeu credentes.

Iſraelitæ oratione deiecerunt muros I
chuntis.
Ergo, Lyſander & ſocij oratione dei
runt muros Athenarum.

Non valet, quia non ſunt eiuſdem ſpe

eſt, non ſunt Lyſander & ſocij membra Ec-
ſiæ, ſicut ſunt Iſraelitæ.

In exemplo negatur conſequentia cum ra-
eſt diſsimilis, ut Iſraelitæ abſtulerunt ea,
æ ab Ægyptijs mutuo ſumpſerunt. Ergo li-
& nobis retinere ea, quæ mutuo ſumpſi-
mus, Nego conſequentiam, quia ratio eſt diſ-
ilis:

Abraham rectè fecit volens immolare fi-
lium.

Ergo, Agamemnon rectè fecit mactata
filia Iphiginea.

Nego conſequentiam, quia ſunt exempla
ſimilia. Nam Abraham habuit ſingulare
ndatum, Agamemnon debuit obedire ge-
ali mandato : Non occides. Huc pertinet
ula, de qua dicitur in 4. libro : Legibus iu-
andum eſt, non exemplis. Item, Duo cum
iunt idem, non eſt idem.

Lictor impunè occidit ſceleratos.

Ergo, Et mihi licet occidere ſceleratos.

Non valet iuxta regulam : Duo cum fa-
nt idem, non eſt idem. Lictor enim eſt pub-
us miniſter iuſticiæ. Ergo, Eſt ratio diſsimi-
lis in exemplo.

DE SORITE.

Sorites eſt coaceruatio vocum neceſſari cohærentium, in qua aliam ex alia ratiocin mur, et tandem addimus concluſionem, re tito initio. Sunt autem voces neceſſariò co rentes, Genus, Species, Differentia, Propriu definitum, definitio, propriæ cauſæ, & pro effectus. Et conſequentia in ſorite valet p pter has regulas: Quando alterum de altero, de ſubiecto ſeu ſpecie prædicatur: Quicquid citur de prædicato, id etiam de ſubiecto dici teſt. Item, Quicquid eſt cauſa cauſæ, eſt eti cauſa cauſali. Item, Quicquid eſt maius ma re, eſt etiam maius minore. Item, Quicquid minus minore, etiam minus maiore eſt. Vt:

EXEMPLVM PRIMÆ
Regulæ.

Cicero eſt homo.
Homo eſt animal rationale.
Animal rationale eſt ſubſtantia corpor
Subſtantia corporea eſt creatura.
Ergo, Cicero eſt creatura.

EXEMPLVM SECVN
dæ regulæ.

Atauus eſt cauſa proaui.
Proauus eſt cauſa aui.
Auus eſt cauſa patris.

Pa

Pater eſt cauſa filij.
Ergo, Atauus etiam eſt cauſa huius filij.

ALIVD.

DEVS eſt cauſa Solis,
Sol eſt cauſa diei.
Ergo, DEVS eſt cauſa diei.

EXEMPLA TERTIÆ Regulæ.

——————A. eſt maior B.
————B. eſt maior C.
———C. eſt maior D.—D.
Ergo A. eſt maior D.

———A. eſt minor quam B.
————B. eſt minor C.
——————C. eſt minor D.
——————D.
Ergo, A. eſt minor quam D.

Item.

Homo eſt animal.
Animal eſt corpus viuum.
Corpus viuum eſt ſubſtantia.
Ergo, Homo eſt ſubſtantia.

Item.

Iuſticia eſt virtus.
Virtus eſt habitus.
Habitus eſt qualitas.
Ergo, Iuſticia eſt qualitas.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Chriſtus eſt Sacerdos ſecundum ordinem
Melchizedech.
Melchizedech eſt maior quam Abraham
Abraham eſt maior quam Leui.
Ergo, Sacerdotium Chriſti eſt præſtanti
Sacerdotio Leuitico.

Item.

Patientiam parit tribulatio.
Patientia probationem.
Probatio ſpem.
Spes non pudefacit.
Ergo, Gloriamur in afflictionibus, id eſt
afflictio non pudefacit, ſeu tribulati
non pudefacit.

REGVLÆ SPECIALES.

Non valent negatiui ſoritæ, vt homo no eſt bos, bos eſt animal. Ergo, Homo non eſt a nimal.

EXCEPTIO.

Cùm negatio remouet diſparatam ſpecie aut diſparatæ ſpecies definitionem, vel diffe rentiam, vel proprium effectum, & poſt nega tionem non ponitur aliquod prædicatum, quo ſit commune vtriq; termino negatiuæ propoſi tionis, ſed prædicato tamen conueniat, tu

etiam

num valent negatiui ſoritæ. Vt: Cicero eſt mo, homo non eſt Aſinus. Ergo, Cicero non aſinus. Valet, quia remouentur diſparatæ cies.

Cicero eſt homo.
Homo non eſt aſinus.
Aſinus eſt animal irrationale.
Animal irrationale eſt ſubſtantia creata.
Ergo, Cicero eſt ſubſtantia creata,

Non valet, quia poſt negatiuam ſequi- adhuc aliud prædicatum, ſubſtantia creata, d conuenit vtriq; termino in propoſitione atiua videlicet homini & aſino.

Item.

Petrus eſt Apoſtolus.
Apoſtolis mandatum eſt miniſterium Eccleſiaſticum.
Miniſterium Eccleſiaſticum non eſt gladius ſeu poteſtas ciuilis.
Ergo, Petro non eſt gladius datus ſeu poteſtas ciuilis.

SECVNDA.

Non valent Soritæ cum voces non cohæ- neceſſariò, Vt, homo eſt animal, animal eſt us. Et homo eſt genus. Non valet, in pri- propoſitione eſt connexio neceſſaria, Sed in

ſecunda connexio artificialis, quia nomen art
prædicatur de ſubiectis. *Vt*:

Febris adfert temperantiam.
Temperantia eſt virtus.
Virtus eſt expetenda.
Ergo, Febris eſt expetenda.

Non valet, Quia in prima propoſitio
non eſt neceſſaria connexio, ſed iungunt
cauſæ & effectus per accidens.

Simile eſt & hoc.

Temperantia facit ſenes.
Senectus facit auaros.
Auaritia eſt mala.
Ergo, Temperantia eſt mala.

Hic in ſecunda propoſitione connectunt
cauſa & effectus per accidens. E. non vale

Ex malis moribus bonæ leges ſunt natæ
Bonæ leges ſunt expetendæ & ſunt
tiles.
E. mali mores ſunt expetendi & ſunt
tiles.

Hic in prima propoſitione non eſt neceſ
ria connexio.

DE REGVLIS CON-
ſequentiarum.

Virtus boni ingenij eſt, audito Syllogiſ

ut alia argumentatione poſſe ſtatim iudicare
conſequentia, an ſit bona aut mala, & ma-
m conſequentiam monſtrato vitio mox ne-
re poſſe: eam ob cauſam Dialectices ſtudioſi
n tantum regulas ſpeciales de ſingulis argu-
entorum formis, ſed etiam regulas generales
nſequentiarum memoria tenere debent.

I. REGVLA.

Ex puris negatiuis non neceſſe eſt ſequi
ram concluſionem. Eſtq; ratio, quia cum
ut puræ negatiuæ, nulla ſit connexio medij
m altero extremorum. Hæc ratio demon-
atur per regulam de negatiuis Syllogiſmis
orumcunq; duorum alterum vni tertio con-
nit, alterum non conuenit, illa inter ſe non
ueniunt. Vt:

Nullus lapis eſt baptizandus.
Nullus infans eſt lapis.
Ergo, Nullus infans eſt baptizandus.

Non valet, quia ex puris particularibus
hil ſequitur.

II. REGVLA.

In Syllogiſmi non ſunt plures termini
am tres. Cùm enim quatuor ſunt termini,
lla eſt connexio. Nam omnis connexio in
llogiſmo fit repetitione aut duplatione medij.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Omnis homo eſt animal rationale.
Omnis bos eſt animal irrationale.
Ergo, Omnis bos eſt homo.

Non valet, quia ſunt 4. termini, pote...
etiam dici, quia Syllogiſmus caret medio.

Hæc argumentatio vocatur iocosè à bacu...
lo ad angulum argumentatio.

Baculus ſtat in angulo.
Petrus fuit Apoſtolus.
Ergo, Petrus geßit vtrunq; gladium.

APPENDIX.

Non ſit ambiguitas in terminis, quia am...
bigua ſignificatio facit quatuor terminos. Vt ...

Omnes Chriſtiani ſunt liberi.
Nullus ſeruus eſt liber.
Ergo. Nullus ſeruus eſt Chriſtianus.

Reſpondeo, nego conſequentiã, quia pro...
pter ambiguitatem medij termini ſunt quatuo...
termini in Syllogiſmo, & reuera nullum e...
medium in hoc Syllogiſmo, quia vox liberi i...
maiore ſignificat libertatem ſpiritualem, in m...
nore libertatem ciuilem, & ſic deeſt mediu...
reipſa, vel ſunt quatuor termini.

Canis eſt in cœlo.
Lyciſca eſt canis.
Ergo, Lyciſca eſt in cœlo.

ALIVD.

Et

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Leo eſt animal.
Sol eſt in leone.
Ergo, Sol eſt animale.

ALIVD.

Quod ego ſum, tu non es.
Ego ſum homo.
Ergo, Tu non es homo.

Sunt quatuor termini, quia verbum ſub-
...tiuum ſignificat perſonam ὑπερβολικῶς, id
... illa perſona, quæ ego ſum, tu non es, In mi-
... verbum ſubſtantiuum eſt copula conne-
...us ſpeciem cum indiuiduo.

SECVNDA APPEN-
dix.

Eadem debet eſſe prædicationis forma in
...aq́ præmiſſa, mutato enim prædicationis
...re, fiunt quatuor termini, & non valet
...ſequentia,

Lupus eſt animal irrationale.
Tyrannus eſt lupus.
Ergo, Tyrannus eſt animal irrationale.

Nego conſequentiã, quia mutatur genus
...licationis, nam in maiore eſt prædicatio
...laris, in minore eſt prædicatio figurata, ſeu
...phorica, & ſic ſunt quatuor termini, quod
...ret ex mutatione minoris, videlicet Ty-
...us eſt ſimilis lupo.

Agri-

Agricola eſt, qui arat terram.
DEVS eſt agricola.
Ergo, Deus arat terram.

Sunt quatuor termini, quia mutatur genu… prædicationis, nam in minore eſt prædicati… Methaphorica, Vt: apparet ex mutatione.

Deus eſt ſimilis agricolæ.

ALIVD

Caro eſt creatura.
Filius Dei eſt caro.
Ergo, Filius Dei eſt creatura.

Nego conſequentiã quia mutatur gen… prædicationis, nam in maiore eſt prædicatio … ſitata in minore vero prædicatio inuſitata.

III. REGVLA.

Ex puris particularib. non neceſſe eſt ſeq… veram concluſionem, ſed cum ſequitur, id … caſu, non lege Syllogiſmorum. Vt:

Quidam reges ſunt ſapientes.
Midas fuit Rex.
Ergo. Midas fuit ſapiens.

Non valet, quia ex puris particularib… nihil ſequitur. Et ratio eſt, quia nulla eſt ra… connexionis, propterea quod ſubiectum mi… ris ſubſumitur extra ſubiectum maioris. M… das non pertinet ad illos quoſdam reges, … quibus in maiore dicitur.

C

Cretenſes ſunt mendaces.
Epimenides fuit Cretenſis.
Ergo, Fuit mendax.

Non valet, quia ex puris particularibus [ni]hil ſequitur. Eſt autem maior particularis, [qu]ia eſt indefinita valens particularem.

IIII. REGVLA.

A non diſtributo ad diſtributum non va- conſequentia, id eſt, cum prædicatum in cluſione latius diſtribuitur, quam in præ- ſsis, quod præmiſſæ ſunt re ipſa particulares, ſubſumptio minoris fit extra verã ſignifica- em maioris, aut fit ſub aliquo membro par- lari in maiore. Citatur autem hæc regula, cipuè tunc, cum particula vniuerſalis eſt aiore, ſed non eſt addita vero ſubiecto, ſub fit ſubſumptio. Vt:

Omnis Ecclipſis Lunæ fit in oppoſitione luminarium.
Singulis menſibus fit oppoſitio luminarium.
Ergo, Singulis menſibus fit Ecclipſis Lunæ.

In maiore non eſt diſtributum, quia vera ntia maioris eſt particularis, videlicet in ibus oppoſitionibus luminarium fit Ec-

clip-

eclipſis Lunæ. Itaq; minor extra ſubiectum m[illegible]
ioris ſubſumitur vel maior non diſtribuitur [illegible]
minorem vniuerſaliter, id eſt, ad oppoſitio[illegible]
quæ fiunt ſingulis menſibus. Aliter poteſt [illegible]
am reſponderi ad hunc Syllogiſmum, non [illegible]
let conſequentia, quia eſt affirmatiuus Syl[illegible]
giſmus in ſecunda figura.

Cuiuslibet contradictionis altera pars [illegible]
falſa.

Hæc propoſitio, cœlum mouetur, eſt al[illegible]
pars contradictionis.

Ergo, Hæc propoſitio, cœlum mouetur [illegible]
falſa.

Nego conſequentiam, quia à non diſtr[illegible]
to ad diſtributum non valet conſequentia[illegible]
enim ſubſumptio minoris ſub membro part[illegible]
lari maioris, non fit ſub vniuerſali vide[illegible]
cuiuslibet contradictionis, nam talis deb[illegible]
fieri ſubſumptio. Hæ propoſitiones: cœlum [illegible]
uetur, cœlum non mouetur, ſunt contrad[illegible]
riæ. Ergo altera ex his eſt falſa.

Vniuerſale ſubiectum, Membrum particu[illegible]
Cuiuslibet contradictionis altera par[illegible]
vera.

Deus eſt iniuſtus, eſt altera pars con[illegible]
dictoria.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Ergò, Hæc propoſitio, Deus eſt iniuſtus, eſt vera.

Subſumptio ſub vniuerſali ſubiecto talis ...ri debet. Hæc propoſitiones Deus eſt iuſtus, ...us non eſt iuſtus, ſunt contradictoriæ. Ergò, ...ra eſt vera.

Omnium imperiorum aliqui Principes ſunt iuſti.
Cambyſes vel Nero fuit princeps.
Ergò, Nero fuit iuſtus.

Nego conſequentiam, quia maior eſt ferè ...icularis & ſubſumptio minoris fit ſub par...lari, aliqui Principes, hoc modo:
Nero fuit princeps.
Ergò, Fuit iuſtus.

Reſpondeo: Ex puris particularibus nihil ...itur.

Tantum oppoſitione luminarium fit Ecclipſis Lunæ,
Singulis menſibus fit oppoſitio luminarium.
Ergò, ſingulis menſibus fit Ecclipſis Lunæ.

Non valet, quia in maiore, etſi eſt ex...a tamen non eſt diſtributio vniuerſalis, ...articularis tantum, quaſi dicat, tantum

in quæ-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Vitia ſyllogismi sunt, si alienus sit ſyllogismus, si [illegible] scurus, si in partibus suis ambiguus, si falsus vel ex parte vel ex toto [continentur autem hae vitia seu fallaciae ex materia inventa] si denique nec constans fuerit [sed in oppositione formae et modi est.

in quadam oppoſitione luminarium fit Eccli[pſis]
Lunæ.

Syllogismus alienus est qui aliud concludit quam sit propositum, vel qui ad propositam quaestionem non pertinet

V. REGVLA.

In concluſione non debet eſſe plus, au[t a-]
liud, quam fuit in præmiſsis. Vt:

Inordinata non ſunt à Deo.
In natura multa ſunt inordinata.
Ergo, Natura non eſt à Deo.

Hic: Deus qui est immutabiliter bonus omnes ejus effectus boni sunt

Non valet, Quia plus eſt in concluſi[one]
quam in præmiſsis. Debebat autem talis [eſſe]
concluſio. Ergo, illa inordinata, quæ ſunt in [na-]
tura, non ſunt à Deo.

Peccatum non eſt creatum à Deo.
In homine eſt peccatum.
Ergo, Homo non eſt creatus à Deo.

Non valet, in concluſione plus eſt qu[am]
in præmiſsis: Ad hanc regulam pertinent [e-]
tiam hæ quoq; regulæ ſeu appendices.

VI.

Determinatio prædicati & ſubiecti, [quæ]
non eſt principale membrum, non debet miſ[ce-]
ri concluſioni, quia cum miſcetur, tunc [plus]
eſt in concluſione &c.

Omnes boni affectus in homine conta[mi-]
nantur à carne.

στοργαὶ per ſe ſunt boni affectus.
Ergo στοργαὶ per ſe contaminantur.

Non valet, quia plus eſt in concluſione ...m in præmiſsis, quia determinatio per ſe in... ...t eſt concluſioni, quæ debebat omitti. Et ... talis concluſio: Ergo στοργαὶ contami... ...tur.

VII.

Sæpè caſuum mutationes pariunt alienam ...ntiam, vt ſit plus aut aliud in concluſio... ...uam in præmiſsis.

Fide ſumus iuſti.
Fides eſt opus.
Ergo, Propter opera ſumus iuſti.

Nego conſequentiam, quia mutatio caſus ... vt ſit aliud in concluſione quam in præ... ...is.

In maiore enim ſignificatur nos iuſtos eſſe ...ter Chriſtum, quem fides appræhendit. ...oncluſione prorſus alia eſt ſignificatio, ...metro pugnans cum ſignificatione maio...

III:

Ab eſt tertij adiecti ad eſt ſecundi adiecti ... valet conſequentia in priuatiuis & Ide... ...c eſt, cum prædicatum ſequens copulam

in maiore ſignificat priuationem, aut eſt gen[...] aut differentia, aut definitio ſubiecti.

Vocatur autem Eſt tertij adiecti, qua[...] poſt verbum eſt, ſequitur aliud principale p[...] dicatum vel nomen, vel participium. Eſt [...] ro ſecundi adiecti vocatur, quando ipſum v[...] bum ſubſtantiuum principale prædicatum [...] Vt:

Cicero (1) eſt (3) homo (2)——Eſt tertij adiec[...]

Cicero (1) eſt (2)———Eſt ſecundi adiect[...]

EXEMPLVM DE PR[...] uatiuis.

Cicero eſt mortuus.
Ergo, Cicero eſt.

EXEMPLVM DE [...] Ideis.

Bucephalus eſt equus.
Ergo, Bucephalus eſt.

Item.

Roſa eſt flos.
Ergo, Roſa eſt.
In hac tamen regula ſæpè etiam ali[...]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

mpla non valent, de quibus prudenter iudi-
ndum eſt. Vt:

Fide ſumus iuſti.
Ergo, Fide ſumus.

IIII.

A poſsibili ad ineſſe non valet conſe- Non potentia ſolum ſed voluntas etiam in Deo est conſiderandum.
uentia. Vt: Hinc regula causae: Haec voluntaria caussa potest et

Deus poteſt facere Lazarum diuitem.
Ergo, Lazarus eſt diues:
Non valet, quia eſt argumentatio à
ſsibili ad ineſſe, & plus eſt in conſequente
am in antecedente.

V. Habet haec regula infinitum usum in omnibus interpretationibus verba sunt intelligenda de subiecta materia. Nam verba sunt notae seu signa rerum. Debent autem signa servire rebus signatis ita verba sunt accommodanda ad res de qua loquimur naturam.

Talia ſunt ſubiecta, qualia à prædicatis
è intellectis eſſe permittuntur. Vt:
Imago eſt homo pictus.
Ergo, Imago eſt homo.
Non valet, quia plus eſt in conſequente
àm permittit prædicatum antecedentis.

VI. REGVLA.

Concluſio ſemper imitatur debiliorem
rtem, quia vna exiſtente particulari, con-
ſio eſt particularis, & vna exiſtente nega-
a, concluſio eſt negatiua.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

VII. REGVLA.

*Ex vniuerſali rectè ſequuntur particu-
res & ſingulares, & non ècontra.*

Omne vinum eſt calidum.

Ergo, Rubrum vinum eſt calidum.
non valet.

Hoc vinum eſt rubrum.

Ergo, Omnia vina ſunt rubra.

Item;

Omnis homo eſt animal rationale.

*Ergo, Cicerro eſt animal rationale. N-
valet.*

Cicero eſt eloquens.

Ergo, Omnes homines ſunt eloquente-

VIII. REGVLA.

*Quicquid ſequitur ad conſequens bo-
conſequentiæ, Sequitur etiam ad antecede-
Huius regulæ maximus vſus eſt in omnib-
diſputationibus, & oſtendit cohærentiam v-
rarum ſententiarum in bona conſequentia. I-
xta dictum: Ex veris nil niſi verum ſequit-
Vt:*

Honeſtum per ſe eſt expetendum.

Ergo, Virtus per ſe eſt expetenda.

Et per conſequens.

Iuſticia per ſe eſt expetenda.

No-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

ham nona regulam p[...] fallacia accidentis folio 83

IX. REGVLA.

Ab eo, quod ineſt per ſe, ad aliud, quod accidens accedit, non eſt bona conſequen-tia, vel à per ſe ad per accidens, non valet conſequentia. Vt:

Temperantia eſt bona.
Febris adfert temperantiam.
Ergo, Febris eſt bona.

Non valet, quia in maiore eſt modus dicendi per ſe, in minore modus dicendi per accidens.

X. REGVLA.

Pugnantia non tribuuntur eidem & vni ſimul & reſpectu eiuſdem. Vt:

Paries eſt albus.
Ergo non eſt niger.

XI. REGVLA.

Propter quod vnumquodq; tale, illud magis eſt tale. Vt:

Aqua calet propter ignem.
Ergo, Ignis magis calet.

Hæc regula valet tantum, quando ab effectibus proprijs & propinquis argumentamur ad cauſas proprias propinquas totales & principales, quæ tranſfundunt qualitatem, alias non valet. Vt:

Ebrius inſanit propter vinum.
Ergo, vinum magis inſanit.

ALIVD.

Scholaſticus fit doctus ex libris.
Ergo, Libri ſunt magis docti.
Ouidius didicit artem poeticam à Præce-
ptore.
Ergo, Præceptor fuit melior Poeta.

XII. REGVLA.

A diuiſis ad coniuncta non valet conſe-quentia, cum natura non patitur coniungi v[illegible] cabula, Vt:

Epictetus eſt claudus, et eſt Philoſophus
Ergo, Eſt claudus Philoſophus.

XIII. REGVLA.

Ex vero nil niſi verum ſequitur in bo[illegible] conſequentia, itaq; quando per bonam con[illegible] quentiam ſequitur falſum, tunc neceſſe eſt [illegible] hypotheſi ſeu propoſitione errorem eſſe.

Ex Stoica doctrina de fato ſequitur inu[illegible]
cationem eſſe inutilem.
Ergo, Stoica doctrina de fato eſt inuti[illegible]

Item.

Ex Epicureorum doctrina, quod volu[illegible]
tas eſt finis hominis, ſequitur ho[illegible]
nem ad voluptatem eſſe creatum,

Sed hoc falſum eſt.
Ergo, Epicureorum doctrina eſt falſa.

XIIII. REGVLA.

~~Dato vno inconuenienti, ſequuntur infi-~~
quia ~~error fœcundus eſt.~~ Vt:
Stoici docent omnia fato fieri.
Ergo, Deus non eſt liberrimum agens.
Ergo, Inuocatio eſt inutilis.
Ergo, Deus eſt autor peccati:
Ergo, Deus iniuſtè facit puniens peccatores:
Ergo, Magiſtratus iniuſtè facit puniens fures & ſceleratos.

Poſito enim ſeu conceſſo hoc vno incon-ienti ſeu abſurdo, ſeu falſo, quod omnia fi- fato, ſequuntur omnia illa alia abſurda ſeu nuenientia ſeu falſa.

XV. REGVLA.

Ad impoßibile ſequitur quid libet. Vt:
Si aſinus eſſet animal rationale, tunc aſinus poſſet loqui, poſſet eſſe doctus, poſſet eſſe Philoſophus, poſſet regere Rempub: &c.

XVI. REGVLA.

A conuerſa ad conuertentem, & econtra et conſequentia. Vt:

Oues Chriſti vocem eius audiunt.
Ergo, Non audientes vocem Chriſti,
ſunt oues Chriſti.

DE SYLLOGISMO HY- pothetico.

Syllogiſmus Hypotheticus eſt, in quo ior propoſitio eſt hypothetica. Vt:

Si Aſinus volat, habet pennas, Sumpt
Sed aſinus nõ habet pennas, Aſſumpt
Ergo, Aſinus non volat.

Vocatur autem maior Syllogiſmi Hy thetici ſumptum. Minor vocatur Aſſum vel aſſumptio. Species tres ſunt ſecundum plicem formam Hypotheticarum propoſ num. Conditionalis eſt, cuius maior eſt pro ſitio conditionalis. Vt:

Si Sol ortus eſt, dies eſt.

Copulatiuus, cuius maior eſt copulat Vt:

Deus eſt iuſtus, & punit peccata.

Diſiunctiuus, eſt cuius maior eſt pro tio diſiunctiua. Vt:

Aut dies eſt, aut nox eſt.

Item.

Cometa eſt ſtella, vel habitus
ſus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

DE CONDITIONA-libus.

REGVLAE.

I. REGVLA.

Conditionalis propoſitionis prior pars
atur antecedens, poſterior conſequens, quia
nis propoſitio conditionalis habet formam
thimematis. Vt:

Si Sol ortus eſt, dies eſt.

Hæc pars, Si Sol ortus eſt, vocatur antecedens.

Illa pars: Dies eſt, vocatur conſequens,
a poteſt fieri tale Enthimema.

Sol ortus eſt.

Ergo, Dies eſt.

Item.

Antecedens eſt. Conſequens eſt.

Si emiſti, debes precium.

Nihil autem ſtatuit conditionalis, niſi po-
it cauſa vel modo in antecedente, vt in hac
opoſitione: Si Sol ortus eſt, dies eſt. In ante-
dente ponitur cauſa diei vel conſequentis.

II. REGVLA.

A poſittone antecedentis ad poſitionem
nſequentis valet conſequentia affirmatiuè.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Eſt autem ponere Dialectica phraſi idem quod affirmare. Sicut deſtruere vel remouere idem quod negare. Vt:

Antecedens, Conſequens.

Si Sol ortus eſt, dies eſt.

Sed Sol ortus eſt—Poſitio antecedentis eſt, affirmatio.

Ergo, Dies eſt.——Poſitio vel affirma-tio conſequentis.

Item.

Antecedens, Conſequens.

Si emiſti, debes precium.

Sed emiſti.

Ergo, Debes precium.

III. REGVLA.

A deſtructione conſequentis ad deſtructio-nem antecedentis valet conſequentia negatiuè. Vt:

Si Statua eſt homo.

Ergo, Viuit.

Sed Statua non viuit.——Diſtinctio conſequentis

Ergo, Statua non eſt homo.——Diſtinctio antecedentis

Item.

Si fur eſt.

Ergo furatus eſt.

Si

Sed non eſt fur.
Ergo, Furatus non eſt.

Item.

Si Sol ortus eſt, dies eſt.
Sed non eſt dies.
Ergo, Sol non eſt ortus.

ALIVD.

Si opera iuſtificant, Chriſtus fruſtra mortuus eſt.
Sed Chriſtus non eſt fruſtra mortuus.
Ergo, Opera non iuſtificant.

IIII. REGVLA.

In terminis conuertibilibus valet etiam ſequentia à poſitione conſequentis ad poſitionem antecedentis. Vt:

Si Homo eſt.
Ergo, Animal rationale eſt.
Sed animal rationale eſt.
Ergo, Homo eſt,

Item.

Si ſol ortus eſt, dies eſt.
Sed dies eſt.
Ergo, Sol ortus eſt.
Valet, Quia in maiore ſunt termini conuertibiles.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

ALIVD.

Si fur eſt, furatus eſt.
Sed furatus eſt.
Ergo, Fur eſt.

Item.

Si homicida eſt, hominem occidit.
Sed hominem occidit.
Ergo, Homicida eſt.

V. REGVLA.

In terminis conuertilibus valet conſeq… tia etiam à deſtructione antecedentis ad deſ… ctionem conſequentis. Vt:

Si aſinus eſt homo, eſt animal rationa…
Sed aſinus non eſt homo.
Ergo, Aſinus non eſt animal rationale…

Valet, Quia homo eſt animal ration… ſunt termini conuertibiles.

ALIVD.

Si emiſti, debes pretium:
Sed non emiſti.
Ergo, Non debes pretium.

Valet, quia emere & debere precium, … termini conuertibiles.

ALIVD.

Si furatus eſt, fur eſt.

Sed non eſt furatus.
Ergo, Fur non eſt.

DE COPVLATIVIS REGVLÆ.

I. REGVLA.

Ad veritatem copulatiuæ requiritur vt q́ pars ſit vera: Si enim vna pars copula- falſa eſt, tota copulatiua falſa eſt. Vt hæc:

Deus eſt iuſtus, & punit peccata.
Hæc falſa eſt.
Deus eſt iuſtus, & eſt author peccati.
Sic & hæc falſa eſt.
Fides iuſtificat, & opera.

II. REGVLA.

ll tota copulatiua vera, ad quamlibet eius m valet conſequentia, quia ſi tota copu- a eſt vera, tunc vtraq́ pars, vel omnes s ſunt vera. Vt:

Magiſtratus eſt Dei miniſter, & reſiſtens Magiſtratui reſiſtit ordinationi Dei,
Sed hæc tota copulatiua eſt vera.
Ergo etiam verum eſt, quod reſiſtens Magiſtratui, Dei ordinationi reſiſtit.

III. REGVLA.

Non

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Non valet conſequentia à parte copu-
tiuæ ad totum, hoc eſt, Cùm copulatiua falſa
propter vnam partem falſam, tunc inde
rectè colligitur alteram quoque partem fal
eſſe, vt non valet.

Hæc copulatiua falſa eſt.
Magiſtratus eſt ordinatio Dei, et puni
bonos, & defendens malos, facit
cium diuinum.
Ergo, Falſum etiam eſt, quod magiſtr
ſit ordinatio Dei.

DE DISIVNCTIVI
REGVLÆ.

I. REGVLA.

Diſiunctiua vera eſt, quando vna
vera eſt: Vt:

Aut dies eſt, aut nox eſt.

Item.

Aut opera iuſtificant, aut Fides iuſtifi
Hæc vera eſt, quia altera pars ver
Fides iuſtificat.

Item.

Cometa aut eſt ſtella, aut non eſt ſte
Eſt vera, quia altera pars vera eſt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

II. REGVLA.

In diſiunctiua vera, cum eſt integra enunciatio, valet conſequentia à remotione ſeu negatione vnius partis, aut plurium ad aſſeuerationem partis reliquæ vel reliquarum. Vt:

Suſpendi furem iuſtum eſt, aut iure diuino, aut iure veteri Romano, aut nouis legibus, aut probabili conſuetudine longi temporis.

Sed iure diuino & veteri iure Romano non eſt iuſtum furem ſuſpendi.

Ergo, Nouis legibus & probabili conſuetudine longi temporis iuſtum eſt furem ſuſpendi.

ALIVD.

Cometa, aut eſt ſtella, aut eſt flamma accenſa in aêre.

Sed Cometa non eſt ſtella.

Ergo, Eſt flamma in aere accenſa.

ALIVD.

Aſinus aut eſt animal rationale aut irrationale.

Sed Aſinus non eſt animal rationale.

Ergo, Aſinus eſt animal irrationale.

ALIVD.

Aut Deus eſt iuſtus, aut iniuſtus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Sed Deus non eſt iniuſtus.
Ergo, Eſt iuſtus.

III. REGVLA.

A poſitione vnius partis, vel aliquan
ad deſtructionem alterius, vel aliarum, non
let conſequentia in diſiunctiuis, niſi quand
repugnantia partium, hoc eſt, Quando di
ctiua ſic ponit vnam partem, vt alteram
get, vt hæc argumentatio valet propter r
gnantiam.

Cicero aut viuit, aut mortuus eſt.
Sed Cicero mortuus eſt,
Ergo, Cicero non viuit.

Item valet.

Aut dies eſt, aut nox eſt.
Sed dies eſt.
Ergo, Nox non eſt.
Valet, quia ſunt repugnantia.

ALIVD.

Aut opera iuſtificant, aut fides iuſti
Sed opera non iuſtificant.
Ergo, Fides iuſtificat.

Sed non valet, quando non eſt par
repugnantia. Vt:

Ouidius fuit Poeta, vel natura, vel
te.

de quarto Libro sic alludit Cicero lib: 2 de oratore

Sed Ouidius fuit Poeta arte.

Ergo, Non fuit Poeta natura.

Non valet, quia non eſt repugnantia inter naturam & artem, ambæ enim concurrunt in Poeta.

ALIVD.

Nero fuit crudelis, natura vel aſſuefactione.

Sed aſſuefactione fuit crudelis.

Ergo, Non fuit crudèlis natura.

Non valet, quia inter naturam & aſſuefactionem non eſt repugnantia.

FINIS TERTII LIBRI DIALECTICES.

LIBER QVARTVS DIALECTICES.

QVARTVS liber Dialectices eſt Topicus, & pertinet ad eam partem artis, quæ vocatur Inuentrix, Continetq; hic Liber doctrinam de inueniendis argumentis.

DE TOPICA.

Topica eſt ars, quæ docet rationem inue-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

niendi & eligendi argumenta ad proband[am]
aut refutandam quæſtionem vel propoſition[em]
idonea: Nomen habet à locis, quia locis D[ia]
lecticis tanquam notis ſeu indicibus ſeu ta[...]
lis ad argumentorum inuentionem vtitur. ...
ſit quæſtio probanda. Iuſticiam eſſe habitu[m]
Locus à genere monet argumentū ſeu medi[um]
probationis debere eſſe Iuſticiæ genus hoc m[o]
do.

Eſt argumentum ſumptum à genere.

Omnis virtus eſt habitus.
Iuſticia eſt virtus.
Ergo, Iuſticia eſt habitus,

Virtus genus Iuſticiæ, eſt medium ſeu [ar]
gumentum probationis.

DE TRIPLICI SYL- logiſmo.

In tertio Libro diſtinguuntur Syllogiſ[mi]
ſecundum formam, ſeu ſecundum diſpoſi[tio]
nem terminorum in tres figuras: Sed in ho[c li]
bro 4. diſtinguuntur Syllogiſmi ſecundum [ma]
teriam in tres ſpecies.

Demonſtratiuum.
Dialecticum &
Sophiſticum.

*Demonſtratiuus Syllogiſmus eſt, in quo
demonſtratio, hoc eſt, qui conſtat ex mate-
neceſſaria & immota, quæ certam demon-
tionem gignit.*

*Dialecticus Syllogiſmus eſt in quo eſt
babilis ratio, hoc eſt, qui conſtat ex materia
babili.*

*Sophiſticus Syllogiſmus eſt, in quo eſt falla-
ſophiſtica, hoc eſt, qui conſtat ex falſis, ſed
en ſpeciem veri habentibus.*

DE DEMONSTRATIONE *& cauſis certitudinis.*

*Hæc ingenij præſtantia & virtus eſt in
utationibus inquirere demonſtrationes &
llis acquieſcere.*

*Eſt autem demonſtratio, quando Syllogiſ
s bona conſequentia ex illis, quæ ſunt vera,
a & immutabilia concluſionem infert, vt
n ex verbo Dei, aut ex principijs ſeu noti-
naturalibus, aut ex vniuerſali experientia,
ex ordine verarum definitionum, & pro-
rum proximarumq́; cauſarum proceditur
bonam conſequentiam. Hæ enim ſunt cau-
ertitudinis in doctrinis, in quibus tamen il-
obſeruetur.*

Quod verbum Dei omnibus alijs cauſis I.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

anteponendum eſt, itaq́ omnis Philoſophica de-
Titius neceſſitate coactus eſt, vt ſui defenſionis gratia Sicarium occideret.
Ergo, Titij factum excuſari debet.

Q. An excuſari poſſit præfectus arcis, quod cogente fame eam hoſti tradidit?
Argumentum ſumitur à neceſſitate:
Præfectus fame coactus fuit, vt arcem hoſti traderet.
Ergo, Præfectus eſt excuſandus, quia in delectu, cogente neceſſitate elegit poſſibile.

Et huc pertinet lex belli: Pugnandum eſſe cum hoſte, & non cum natura. Qui autē non cedit neceſſitati, quantum poteſt, cum bona conſcientia, ille cum natura bellum gerit.

Ad hunc locum pertinent regulæ Iureconſultorum. Neceſſitas non habet legem. Item, Neceſſitas ipſi legi non ſubiecta, legem facere dicitur: Item, Neceſſitas licitum facit, quod aliàs eſſet illicitum. Sed intelligantur hæ regulæ cum exceptione, ne quid ob neceſſitatem fiat, quod pietatem ad Deum & bonam conſcientiam lædat: Nam tunc ipſa mors potius eligenda eſt, & valere tunc debet regula: Non ſunt facienda mala, vt eueniant bona.

LOCVS AB IMPOSSI-bili.

Hic locus iubet inquiri impoſsibile, quod
quæſtione ſeu propoſitione conceſſa ſequitu
tunc enim falſitas propoſitionis oſtenditur, c
ex ea impoſsibile inducitur. Eſtq; in doctri
Geometrica & Aſtronomica huius loci fr
quens vſus.

Q. An terra ſit poſita extra centrum mu
di?

Argumentum ſumitur ab impoſsibili, h
modo:

Si terra eſt extra centrum mundi poſit
tunc grauia mouentur ſurſum.
Sed impoſsibile eſt grauia moueri ſurſu
Ergo, Terra non eſt poſita extra centru
mundi.

ALIVD.

Q. An figura cæli ſit Sphærica, aut ſit ali
rius figuræ?

Argumentum ſumatur ex impoſsibili.
Impoſsibile eſt in natura eſſe vacuum, ſ
ſi cœlum habet aliam figuram, qua
Sphæricam, tunc in circumuolutio
relinquetur vacuum.

Ergo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Ergo, Cœlum non habet aliam figuram, quam Sphæricam.

REGVLÆ DE ETHICIS *aut alijs conſultationibus.*

Impoßibilia reijcienda ſunt in omni deliberatione, & eligenda ſunt poßibilia. Vt: Impoßibile eſt Phaetonti, regere Solis curſum, Ideo tantæ rei conatus omittendus eſt. Item, impoßibile eſt, vt aliquis ſua ſollicitudine ad ſtaturam ſuam palmam adijciat. Ideo talis ſollicitudo omittenda eſt.

Hæc regula etiam ad alia exempla accommodatur. Vt:

Impoßibilia non ſunt tentanda.
Scrutari arcana diuinæ maieſtatis, eſt impoßibile.
Ergo, Illa ſcrutatio omittenda eſt, & in verbo reuelato acquieſcendum.

II. REGVLA.

Ab impoßibili ſumuntur ſæpè eruditæ refutationes. Vt:

Philippus Melanthon Papiſticum commentum de donatione Conſtantini refutat duobus eruditis exemplis ſumptis ab impoßibili ex regula: Impoßibilia non poſſunt eſſe vera,

Vt, Si quis ſcribat Aſinum volaſſe, veru[m] non eſt, quia impoßibile eſt.

Q. An donatio Conſtantini, quæ fingit[ur] à Papiſtis, videlicet, quod Cæſar Conſtantin[us] donauerit Silueſtro Papæ imperium Roma: [an] vera?

Argumentum primum ab impoßibili.

Impoßibile eſt eum, qui non habet i[us] transferendi imperium, poſſe illud a[lteri] donare.

Ergo, Non eſt verum, quod Conſtantin[us] donauerit imperium Rom: Silueſt[ro] & Succeſſoribus, hoc eſt, Papis.

Secundum argumentum ab impoßibili.

Impoßibile eſt aliquem Epiſcopum rec[i]pere gubernationem imperij. Nam [ad] gubernationem imperij pertinet po[li]tica vis, & potentia, qua caruit Silu[e]ſter Epiſcopus.

Ergo, Non eſt verum Silueſtrum impe[rij] donationem recipiſſe, etiamſi fuiſ[ſet] oblata.

III. REGVLA.

Magnus vſus loci ab impoßibili eſt [in] interpretatione ſeu mitigatione legum: T[ra]dunt enim Iureconſulti regulam: Ad impo[ſ]ſib[ilia]

bile nemo obligatur, & ſolet citari Verſus :

Vltra poſſe viri, non vult Deus vlla requiri.

Atq; addunt Iureconſulti: quod etiam ſententia Iudicis continens impoßibile non ſit executioni danda, quia ipſo iure eſt nulla.

Q. An valeant Papiſticæ leges de obligatione votorum monaſticorum?

Argumentum ſumatur ab impoßibili, hoc modo.

Ad impoßibile nemo obligatur.
Multa vota monaſtica ſunt impoßi bilia.
Ergo, Papiſticæ leges, de illis votis non obligant, ſed ſunt ipſo Iuro nullæ.

EXCEPTIO.

Non valet regula Iureconſultorum de lege Dei, quia eſt magna differentia.

Homo ab homine non poteſt amplius requirere, quàm quod eſt homini poßibile.
Sed Deus poteſt à nobis requirere iuſtè etiam hoc, quod in creatione homini dedit, licet per peccatum ſit amiſſum.
Ergo, Non valet.

Lex Dei præcipit impoßibilia, ſicut Paulus dicit: Caro legi Dei non ſubditur, & ne poteſt qaidem.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Ergo, Lex Dei non obligat nos.

Reſpondendum eſt, Nego conſequenti-
am, quia lex Dei obligat omnes homines
ad illam obedientiam, quæ fuit poſsibilis natu-
ræ creatæ ante lapſum, quia illam non inuenit,
ideo obligat omnes homines ad pœnam. Iuxta
ſententiam: Maledictus omnis, qui non manſe-
rit in omnibus, &c. Idcirco vt agnitis pecca-
tis confugiamus ad Chriſtum, qui obligation
legis pro nobis ſatisfecit. Deinde monet etiam
lex, in altera vita perfectam obedientiam præ-
ſtandam eſſe, quæ in conuerſione in hac vita
inchoatur:

Item, Non valet.

Lex non obligat ad impoſsibilia.

Ergo, Lex Dei debet intelligi de tali obe-
dientia, quæ eſt in hac vita poſsibilis.

R. Nego ſimiliter conſequentiam, quia an-
tecedens intelligitur de legibus humanis, non de
lege Dei, qui in ſua lege requirit hoc à nobis
quod in creatione homini dedit, et quia hoc non
inuenit lex, ideo habet etiam lex hunc finem, vt
per legem ſit agnitio peccati.

LOCVS A CONNEXIS SE *circumſtantijs.*

Hunc locum vocat Ramus ſubiectum
Subiectum est argumentum quodam modo conſentaneum cui aliquid adiungitur

Circumſtantiæ vocantur illa accidentia
quæ ita perſonam aut rem circumſtant, ſe

Vt anima est ſubiectum ſcientiæ, ignorantiæ, virtutis, vitij quia stat præter eſſentia accedunt
Corpus ſubiectum ſanitatis, morbi, roboris, infirmitatis, pulchritudinis, deformitatis

ijs

illi ſunt connexa, vt ſine ipſis eſſe non poſſit:

Vt:

Corpus non poteſt eſſe ſine loco, aut tempore, etiãſi locus & tempus nec cauſæ ſint corporis, nec partes, ſed extra corpus ſint, tanquam circumſtantiæ.

Hic locus itaq; latè patet, & multa gignit argumenta, inter quæ negatiua ſemper maiorem vim habent, quam affirmatiua.

REGVLA PRIMA DE circumſtantia loci.

Poſito corpore, aut alia re finita, neceſſe eſt locum attribui.

II. REGVLA.

Vnum corpus, ſeu vna res finita, non eſt ſimul in pluribus locis localiter, vt loquuntur ſcholæ: Et abſentis corporis membra, nihil agunt in eo loco, vnde abſunt.

Q. An Cicero ſua manu iuuerit interfectionem Iulij Cæſaris?

Argumentum ſumitur ex loco negatiuè, hoc modo:

Cicero non fuit Romæ, cum Iulius Cæſar interficeretur.

Ergo, Cicero non interfecit ſua manu Cæſarem.

EX

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

EXCEPTIO.

Iureconſultorum regula eſt exceptio ſecun dæ partis: videlicet. Quod quis per alium faci per ſemetipſum feciſſe videtur. Vt non vale

Dauid non fuit in exercitu apud Vriam quando eſt interfectus.

Ergo, Dauid non interfecit Vriam.

Reſpondetur in ſcriptura, Dauid interfecit Vriam gladio Ammonitarum, qu proditorijs literis, ſeu mandato tradit ipſu Ammonitis occidendum.

Sic non valet:

Herodes ſedebat in conuiuio, nec erat apud Baptiſtam in carcere, cum deco laretur.

Ergo, Herodes non interfecit Baptiſta

Reſpondetur per regulam: Quod quis pe alium facit, per ſemetipſum fetiſſe videtur: E hac regula Iureconſulti ſumunt multa argumenta, in iudicijs, quando ſcilicet, etiã abſente accuſantur de facinore aut etiã condemnantu propterea quod facinus, quod manu non patrarunt, mandato, conſilio, aut conſenſione patrauerunt. Et eſt cognata regula: Faciens & conſentiens eadem pœna digni ſunt. Ad exceptionem pertinet etiam verſus prouerbialis:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

An neſcis longas regibus eſſe manus, id eſt, potentes etiam ibi agunt mandatis, vbi non ſunt corpore.

REGVLA DE CIRCVMſtantia temporis.

Poſito corpore, aut alia re finita quacunq́, neceſſe eſt ei tempus attribui.

II. REGVLA.

A tempore ad perſonam, aut rem ducuntur argumenta affirmatiuè & negatiuè.

Q. Vtrum Chriſtus fuerit ante aſſumptionem naturæ humanæ?

A. Argumentum ſit tempus Abrahæ, hoc modo:

Tempus Abrahæ præceßit aſſumptionem humanæ naturæ Chriſti.

Chriſtus fuit tempore Abrahæ, ſicut dicit: Antequam Abraham eſſet, ego ſum.

Ergo, Chriſtus fuit ante aſſumptionem humanæ naturæ.

Q. An Iſaac fuerit in arca Nohæ?

Argumentum à tempore hoc modo ſumitur:

Tempore Diluuij, quando Noa fuit in arca, Iſaac nondum natus fuit.

Q. An

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Q. An Noa fuerit circumciſus?

Argumentum ſumitur à tempore negati-uè, hoc modo:

Ætate Noa nondum fuit inſtituta circum-ciſio.

Ergo, Noa non fuit circumciſus.

Ex hoc loco Paulus grauiſſima argumen-ta ſumit in Epiſt: ad Rom: & Gal. vt Rom.

Abrahæ imputata eſt fides ad Iuſticiam ante circumciſionem.

Ergo, Abraham propter opus operatum (vt vocant) circumciſionis, non eſt iuſtificatus.

Ad Galatas 3. Abrahæ data eſt promiſſio ante legis promulgationẽ annis 430.

Ergo, Lex, quæ poſt annos 430. ſecuta eſt, promiſſionem non fecit irritam.

EXEMPLVM DE LOCO ET tempore ſimul.

Q. An Iudæi rectè adhuc expectent Meſ-ſiam?

Argumentum à loco & tempore ſumi-tur hoc loco.

Oportuit Meſſiam naſci in Bethlehem, et quidem ſtante ſeu durante politia Moſaica.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Iam vero amplius mille annis iacent deleta Bethlehem & politia Moſaica.
Ergo, Neceſſe eſt Chriſtum dudum veniſſe, & Iudæos fruſtra ipſum adhuc expectare.

REGVLA COMMVNIS SEV generalis de circumſtantijs.

Locus, tempus, perſona, occaſio, inducunt & tollunt præſumptionem, id eſt, in materia præſumptionum ab his circumſtantijs ſumuntur argumenta pro & contra, ſeu affirmatiua & negatiua, Confirmatoria & refutatoria. Huius regulæ itaq; frequens vſus eſt, in materia de præſumptionibus.

ADMONITIO DE RO- dolphi ſententia.

Rodolphus connexa non vocat circumſtantias loci et temporis, ſed illa accidentia, quæ quaſi ſunt extra rem, tamen rei nomen mutant. Vt:

Craſſus ob diuitias, dicitur diues.
Maximilianus propter imperium, dicitur Imperator.
Fridericus propter regnum, dicitur rex.
Miles propter arma dicitur armatus.

Cice-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Cicero propter togam dicitur togatus.

Conſiderat enim Rodolphus connexio-nem relatiuam inter rem et circumſtantiam, … qua res denominatur.

REGVLA DE CONNEXIS … Rodolphi.

Poſito vno connexorum, ponitur & al-terum, & econtra: Remoto vno connexoru… remouetur alterum, ſicut de relatiuis dicitu… quod relatiua & correlatiua ſe mutuo ponu… & remouent, ſic connexa ſimul ponuntur … tolluntur. Vt:

Germania eſt imperium.
Ergo, Summus Dominus Germaniæ e… Imperator.

ALIVD.

Dania eſt regnum.
Ergo, Dominus Daniæ eſt rex.
Item.
Bauaria non eſt regnum.
Ergo, Dominus Bauariæ non eſt rex,
Miles non geſtat arma.
Ergo, Non eſt armatus.

REGVLA II.

Quicquid de vno connexorum affirmat…

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

tur negatur, id etiam affirmatur aut negatur
altero, Vt:

Chriſtus eſt Rex æternus.
Ergo, Chriſti regnum eſt æternum.

Item.

Regnum Chriſti non eſt de hoc mundo.
Ergo, Chriſtus non eſt Rex mundanus.

Ad hunc itaq; locum connexorum Rodol-
phi, poſſunt referri omnia argumenta, quæ ex
natura, vel connexione relatiuorum ſumun-
tur. Vt:

Simo eſt Dominus.
Ergo, Habet ſeruum.

Item.

Dauus eſt ſeruus,
Ergo, Habet Dominum.

Itaq; hoc loco etiam repeti debent regulæ
e relatiuis in primo libro traditæ.

01 LOCVS ADIACENTIVM & adiunctorum.

Adiacentia vocantur perpetua acci-
dentia rei, præter propria. Adiuncta vocan-
tur ornamenta, quæ ineſſe alicui debent, aut
lia extrema, quæ ſemper comitantur rem na-
tura, vel ordinatione aliqua, Vt: Magnetis
proprium eſt attrahere ferrum, Sed adiacens

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Adiuncta est interius aut exterius

eſt gratuitas: *Vmbra comitatur corpus*, Glo
comitatur benefacta: Infamia ſcelera. Vmb
itaq; corporis adiunctum, Gloria benefactoru
Infamia ſcelerum eſt. Talia itaq; iubet hic
cus inquiri accidentia, vel aliquid cuius
ſunt adiacentia vel adiuncta, iubet hic lo
inquiri, & pro medio vſurpari. Gignitq;
locus multa argumenta, præſertim in doctr
Phyſica.

REGVLÆ.

I. REGVLA.

Poſita ſpecie, ponuntur adiacentia, & a
iuncta, & deſtructa ſpecie, ſimul & deſtru
tur adiacentia ſeu adiuncta.

II. REGVLA.

Poſita coaceruatione adiacentium ponit
ſpecies. Hæc regula gignit omnes definition
plantarum, gemmarum & rerum ſimilium.

III. REGVLA.

Quicquid de adiacentibus affirmatur a
negatur, id etiam affirmatur & negatur
ſpecie ſeu ſubiecto, cui inſunt. Vt:

Q. An mellis natura ſit calida & hum
da?

IIII Regula

Accidentia non possunt esse sine subjecto Quare destructo subjecto etiam accidentia interiora

Argumentum ſit adiacens mellis, videlicet ſapor, dulcis, hoc modo:

Dulcis ſapor oritur ex calido & humido.

Mellis ſapor eſt dulcis.

Ergo, Mellis natura eſt calida & humida.

ALIVD.

Q. An metalla ſint naturæ terreæ?

Argumentum ſit adiacens metallorum, hoc modo:

Metalla ſunt grauia.

Ergo, Metalla ſunt naturæ terreæ.

ALIVD NEGATIVVM.

Q. An cælum conſtet ex Elementis?

Argumentum ſit adiacens. Alteratio elementorum, videlicet alteratio, hoc modo:

Cælum non alteratur.

Ergo, Cælum non conſtat ex elementis.

ALIVD.

Q. An Pompeius ſit idoneus ad officium Imperatoris?

Argumentum ſit adiunctum boni Imperatoris, hoc modo:

Bonus Imperator debet eſſe præditus ſcientia rei militaris, virtute, autoritate & felicitate.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Hæc inſunt Pompeio.
Ergo, Pompeius eſt idoneus ad offici
Imperatoris.

Q. An Conductor domus debeat repara
feneſtras, quas fregit?

Argumentum ſit adiunctum conductio
vel contractus bonæ fidei, hoc modo:

Contractui bonæ fidei, qualis eſt conduct
adiunctum eſt, vt damna ſarciant
etiamſi id non ſit lingua nuncupatu
Ergo, Conductor debet reparare feneſtr
quas fregit aut ſimilia.

Ad hunc locum pertinet admonitio, q
ſequitur in loco ſequenti.

LOCVS A COMMVNITER accidentibus.

Communiter accidentia ſunt, quæ lic
non ſint perpetuo coniuncta, tamen plerunq;
cedunt, quidam vocant contingentia, & ſic
finiunt, Contingentia ſunt, quæ circa rem p
runq; contingunt, ea tamen conditione, vt ſi
illa contingant, ſiue non contingant, tamen
eſſe poßit, & ſiue res non exiſtat, tamen i
poßint contingere. Vt:

Rixæ ſunt communiter accidens ſeu co
tingens ebrietatis, quia plerunq; ex ebrieta

untur, attamen poteſt eſſe ebrietas ſine rixis, poſſunt eſſe rixæ ſine ebrietate.

Iurgium eſt contingens cædis, quia ple- nq; præcedit, attamen iurgium ſine cæde, & des ſine iurgio fieri poteſt.

Argumentum itaq; ex hoc loco ſumptum, cum medium eſt commune accidens, aut id, ius eſt accidens commune, & gignit hic lo- s argumenta probabilia tantum, & non ne- ſſaria, vel præſumptiones ſeu coniecturas & n firmas probationes, quia conmuniter acci- ntia non ſunt perpetua.

REGVLÆ.

PRIMA.

Poſita re, veriſimile eſt poni communiter cidens. I.

Poſitis communiter accidentibus, veriſi- iliter res ponitur. II.

Non poſita re, veriſimile eſt nec commu- iter accidentia eſſe, aut fuiſſe, aut ſecutura ſſe. III.

Non poſitis communiter accidentibus, ve- ſimile eſt nec rem eſſe, vel fuiſſe, vel ſecutu- um eſſe. IIII.

Q. An Nero ſortietur tragicum exitum?

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Argumentum ſit id, ſeu ea ſpecies, cui commune accidens eſt tragicus exitus, videlicet tyrannus, hoc modo:

Tyranni plerunq; habent tragicos exitus.
Nero eſt tyrannus.
Ergo, Veriſimile eſt, ipſum habiturum eſſe tragicum exitum.

ADMONITIO GENERALIS.

Hoc exemplum obſeruetur, quia ſæpè non tantum in hoc loco, ſed etiam in aliјs, talis ſit argumentatio, vbi in maiore, vel in antecedente ponitur ſpecies cum ſua determinatione, quæ in concluſione ſeu ſequente repetitur, aut in antecedente ponitur ſpecies, & in conſequente determinatio, & tamen vulgariter argumento datur nomen non à ſpecie, quæ vox eſt medium Dialectici ſyllogiſmi, ſed à determinatione, propterea quod ſecundum illam ſit conſideratio medij.

Hæc annotatio vtilis eſt, propter collationem Dialectices & Rhetorices. Nam Dialecticus iuxta ſuas regulas diceret, eſſe argumentum à ſuperiori vniuerſali ad inferius, nam Dialecticum medium, videlicet Tyrannus, eſt ſuperius vniuerſale Neronis, ſed Rhetor dicit

ne argumentum ſumptum à communiter accidentibus.

Tale eſt etiam exemplum ſequens.

Q. An Craſſus fuerit ſuperbus?

Argumentum ſit id ſeu ea ſpecies, cuius communiter accidens eſt ſuperbia, hoc modo:

Diuites plerunq; ſunt ſuperbi?

Craſſus fuit diues.

Ergo, Veriſimile eſt eum fuiſſe ſuperbum.

In Enthimemate vocatur tale argumentum ratio conſequentiæ. Vt:

Craſſus fuit diues.

Ergo, Craſſus fuit ſuperbus.

Ratio conſequentiæ eſt, quia diuites plerumq; ſunt ſuperbi.

Nero eſt tyrannus.

Ergo, Nero habebit malum exitum,

Ratio conſequentiæ eſt, quia tyrannis plerumq; contingit tragicus exitus.

Hæc admonitio in multis locis eſt neceſſaria, ideoq; diligenter obſeruanda eſt, & cum admonitione de argumento ſeu medio in principio quarti libri conferri debet.

Q. An Titius ſit reus criminis, de quo accuſatur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Argumentum ſumitur ex hoc loco, ſic
Titius non timet accedere iudicem.
Ergo, Titius non eſt reus.

Ratio conſequentiæ eſt, quia rei plerun ſunt timidi.

Q. An Alexander factus fuerit luxur ſus?

Argumentum ſumitur à communiter cidentibus, hoc modo:

Luxuriant animi rebus plerumq; ſecun
Ergo, Veriſimile eſt Alexandrum ob licem fortunam factum eſſe luxur ſum.

ALIA ADMONITIO.

Iureconſulti dicunt huius loci hanc vtilitatem in Praxi quod, licet tantum gig præſumptiones, tamen onus probandi transf in aduerſarium, vt communiter accidens liberos coniugum natos eſſe poſt nuptias.

Hinc ſumitur talis probatio:

Sempronius eſt filius coniugum Titij Bartæ.
Ergo, Natus eſt poſt nuptias ipſorum.

Hæc præſumptio eam vim habet, vt ſi uerſarius eam neget, cogatur probare cont rium. Tradunt autem has regulas; Quod co

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

…niter fieri ſolet, præſumitur factum eſſe. …um, Prout communiter & frequenter acci… …t, ita præſumitur veritas ſe habere. Contra… …um etiam tradunt regulam, qua regula à com… …muniter accidentibus, cum non rectè adducun… …r, refutari ſolet, videlicet: Non probat hoc …ſſe, quod ab hoc contingit abeſſe, vt non va… …t.

A Abraham fuit diues.
B Ergo, Fuit ſuperbus.

Item.

T Titius fuit rixatus.
B Ergo, Titius commiſit cædem.

LOCVS A SIMILIBVS ET paribus. vel a comparatis

Sequuntur loci collationum ſeu compara…onum, quos alij generali loco à comparatis …omprehendunt: Quando ſcilicet argumentum …x duarum aut plurium rerum collatione ſumi…ur: Collatio autem ea non eſt vniuſmodi, ali…uando enim conferuntur ſimilia vel paria, …uaſi in eodem gradu. Aliquando maiora cum …aioribus, Aliquando diſsimilia & pugnan…ia, ideo etiam diuerſi ſunt collationum ſeu …omparatorum loci, inter quos primus eſt locus …imilium ſeu parium.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Sunt autem ſimilia, quæ ſimilem habe veritatis aut falſitatis rationem, ſeu quæ ſimi litudine conueniunt.

Paria ſunt duo facta ſpecierum vicini rum ſub eodem genere, quorum eadem eſt ra tio, nec multum antecellit alterum alteri.

Similia.

Pater in domo.	Magiſtratus in Rep

Paria.

Dauid edit panes propoſitionis ſeu ſacros.	Maccabeus pugn uit Sabbato.

Quia par ratio eſt in Cæremonialibus.

REGVLÆ.

De ſimilibus idem eſt iudicium.

I. De paribus idem eſt iudicium.

II. Vbicunq; eſt eadem ratio vel æquitas, i etiam eſſe debet eadem iuris diſpoſitio.

Q. An Principes debeant curare, vt Sub diti habeant pios & doctos Paſtores?

Argumentum à ſimili, hoc modo:

Paterfamilias debet curare, vt filij com mendentur pijs & doctis Ludimagi ſtris.

Ergo, Magiſtratus debet curare vt Sub diti habeant pios & doctos Paſtores.

Ratio conſequentiæ eſt ſimilitudo inte Patremfamilias & Magiſtratum.

Q. An Magiſtratus debeat tollere è medio ...eratos?

Argumentum à ſimili eſt apud Cicero... Philippica prima.

In corpore, ſi quid eſt eiuſmodi, quod reliquo corpori noceat, vri aut ſecari patiuntur membrorum aliquod potius, quàm totum corpus intereat.

Ergo, Etiam in Reipub: corpore, quicquid eſt peſtiferum, amputandum & tollendum eſt.

Ratio conſequentiæ eſt ſimilitudo inter ...eratum ciuem & vitioſum membrum no...us toti corpori.

Q. An ira noceat rationi?

Argumentum à ſimili eſt apud Ariſtote..., Sicut fumus oculis nocet, ita ira obeſt ra...ni:

Sed fumus oculos mordet, & aſpectum impedit & conturbat.

Ergo ira rationi offundit caliginem, eamq́ perturbat.

Item.

Q. An legata ad Papiſticas ſuperſtitiones Idolomanias ceſſante eo vſu debeant redi... d hæredes vel ad alios publicos vſus Ec...ſiaſticos & Scholaſticos conferri?

Ar-

Diſsimile est comparatū, cuius qualitas a qualitate sui comparati est diversa. Notae eius sunt dissimile, dispar, differens, aliud, secus, et negatū similium

Argumentum à ſimili ita ſumitur.

Legata ad ſpectacula, ceſſante eo mor-
non redeunt ad hæredes, ſed transf-
runtur ad alios honeſtos vſus publi-
cos.

Ergo, Neq; legata ad Papiſticas ſuperſti-
tiones redeunt ad hæredes, ſed ad ali-
bonos vſus conferri debent.

Q. An Mars rectè fecerit, quod inter-
eit Neptuni filium Halirotoum, ſtuprantem -
liam Alcippen?

Argumentum à pari ſumitur, hoc mod-

Raptorem depræhenſum, patri ſine iu-
cio interficere licet.

Ergo, Licet etiam patri interficere viole-
tum ſtupratorem filiæ, deprehenſum -
ſcelere, & per conſequens, Mars iu-
fecit, recteq; abſolutus eſt in Areopag-

Q. An Machabeus rectè fecerit, defen-
dens ſe Sabbato contra hoſtes?

Argumentum ſumitur à pari, hoc mod-

Dauid rectè fecit, quod in caſu neceſſita-
tis edit panes ſacros contra legem Ce-
remonialem.

Ergo, Etiam Machabeus rectè fecit pu-
gnans Sabbato.

Q. A. I

Q. Ex 1. ad Cor. 9. cap. An miniſtris Ecleſiæ debeat dari ſtipendium?

Argumenta ſumit Apoſtolus à ſimilibus paribus, Sic.

Miles non militat proprio ſtipendio: I.
Sed accepit militiæ mercedem.
Ergo, Etiam Miniſtro debet dari ſtipendium.

Q. Plantat vineam, edit de fructu eius. II.
Ergo, Qui plantat vineam Dei, debet etiam ab Eccleſia ali.

Qui paſcit gregem, manducat de lacte. III.
Ergo, Paſtor Eccleſiæ debet ab Eccleſia ali.

Boui trituranti non obligatur os, ſed conceditur, vt de frumento edat. IIII.
Ergo, Qui in Eccleſia laborat, etiam laboris ſui præmium accipere debet.

Qui altari ſeruiunt, ex Sacraficijs viuunt. V.
Ergo, Qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuere debent.

ADMONITIO.

Similium collatio facienda eſt in ijs partibus, quæ congruunt, nam ſi fiat collatio earum partium, quæ ſunt diſsimiles, nihil coheret, & tunc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

tunc valent hæ regulæ ad refutationem argu-mentorum.

I.

Simile non eſt idem.

II.

Nulla ſimilitudo currit quatuor pedib[illegible] id eſt, nulla ſimilitudo eſt planè perfecta in om-nibus partibus.

III.

Omnis ſimilitudo claudicat, id eſt, ſemp[illegible] in ſimilibus tamen eſt aliquid diſsimile.

Refutantur itaq; argumenta à ſimilib[illegible] & paribus ducta, quando oſtenditur diſsimi[illegible]tudo in ijs partibus, ſecundum quas fit collat[illegible] aut quando oſtenditur non fieri collationem [illegible]cundum eas partes quæ congruunt. Vt n[illegible] valet.

Qui Altari ſeruit, de ſacrificio viuit.
Ergo, Paſtori ſeu Sacerdoti nihil ampli[illegible] dari debet, quàm de eo quod in Alta[illegible] offertur.
Item, Non valet.
Regnum cœlorum eſt ſimile grano Sin[illegible] pis.
Sed Sinapi acre eſt.
Ergo, Regnum cœlorum acre eſt & n[illegible] dulce.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Sic non valet.

Iſraelitæ rectè fecerunt auferentes ea, quæ ab Ægyptijs commodato acceperant.

Ergo, Impoſtor etiam rectè facit, qui non reddit ea, quæ mutuo accepit, ſeu non reddit depoſitum.

Non valet, quia eſt diſsimilitudo, Nam ...elitæ habuerunt ſingulare mandatum eius ...i, quod alij non habent.

ADMONITIO. II.

Locus à ſimilibus & paribus, in arte ora-...a, non tantum multa argumenta, ſed etiam ...gia ornamenta gignit, ideo vtile eſt ex-...la illa obſeruare.

Cicero ad Q. Fratrem, Quemadmodum gu-...natores optimi vim tempeſtatis, ſic ſapien-...mi viri fortunæ perſæpe ſuperare non poſ-...

Idem pro Sylla: Neq; vero quid mihi ira-...e Torquate intelligere poſſum, quod eum ...ndo, quem tu accuſas, cur tibi quoq; ipſe ...enſeam, qui accuſes eum, quem ego defen-... Inimicum inquis accuſo meum, & amicum defendo meum.

Demoſthenes contra Ariſtogitonem: Quid ...r eſt canis, vt aiunt, publicus, qualis lu-pus,

pus, quorum depellendorum cauſa alitur, n
mordet, oues autem, ad quas cuſtodiendas ad
bitus eſt, dilaniat. Scitis autem eos canes
quibus periculum gregi eſt, necari ſolere, it
neq; hic euadat impunè.

ADMONITIO III.

In Iure locus à ſimilibus vel paribus,
ſe multos alios locos continet, qui tamen om
ad hunc, tanquam ad ſuū genus referri deb
quia ex hoc rationem conſequentiæ accip
quare tantum aliquos titulos illorum rec
bo.

A Feudo ad Emphitheoſin. Vt:

Feudum ſimpliciter receptum, intellig
eſſe receptum pro ſe & hæredibus.
Ergo, Emphitheoſis ſimpliciter recep
cenſetur accepta pro ſe & hæredib

Item.

Phaſallus negans ſcienter & doloſè
eſſe feudalem, perdit feudum.
Ergo, Emphitheota negans ſciēter & f
dulenter agrum eſſe Emphitheotu
perdit agrum.

A Commodato ad precarium. Vt:

In commodato non transfertur domin
rei, ſed tantū vſus ad aliquot temp

Er

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Ergo, Etiam in precario non transfertur Dominium, ſed conceditur vſus ad aliquod tempus.

Item.

Dominus commodatum poteſt repetere.

Ergo, Dominus poteſt etiam vſum precario conceſſum ad ſe recipere, & alteri negare.

A contractibus ad quaſi contractus, & ad imas voluntates, Vt:

Contractus confirmatur iuramento.

Ergo, Etiam quaſi contractus.

A contractibus ad delicta. Vt:

Iudex in deciſorijs tenetur conſeruare conſuetudinem loci, vbi factus eſt contractus.

Ergo, In pœnis delictorum debet etiam conſiderari conſuetudo loci, licet de iure communi alia pœna eſſet irroganda.

Ab vltima voluntate ad iudicia, & con- Vt:

Quod poteſt teſtator, id poteſt etiam Iudex.

Sed teſtator poteſt prohibere alienationem rei.

Ergo, Et Iudex.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Item.

Qui non poteſt eſſe teſtis in iudicio,
Is neq; in teſtamento poteſt eſſe teſtis.
Fur aut alius infamis non poteſt eſſe te-
ſtis in iudicio.
Ergo, Neq; in teſtamento.

Excipitur cum apertus textus aliud di-
cit. Vt non ſequitur:
Mulier poteſt eſſe teſtis in Iudicio.
Ergo, Poteſt eſſe teſtis in Teſtamento:
quia iura alterum concedunt, alterum
non concedunt.

A milite ad Sacerdotem. Priuilegia ex-
conceſſa à Iure militibus armatæ militiæ, co-
petunt etiam militibus cœleſtis militiæ
eſt, Sacerdotibus, nec non doctoribus iuris,
vocantur Sacerdotes iuſticiæ.

A pupillo ad Rempub: Vt:
Sententia lata contra pupillum indefen-
ſum eſt ipſo iure nulla.
Ergo, Etiam ſententia lata contra Rem-
pub: indefenſam nulla eſt.

Ab alimentis ad dotem. Vt:
Pater debet filiæ alimenta.
Ergo, Et dotem debet.
A minoribus ad furioſos. Vt:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Minoribus debent dari curatores bonorum.

Ergo, Etiam furioſis.

Similis argumentandi ratio eſt, A minoribus ad Eccleſiam.

Ab Eccleſia ad pia loca: Nam generaliter priuilegia Eccleſiæ etiam pijs locis competunt, vt hoſpitalibus & ſimilibus. Vt:

Quæ debentur Eccleſiæ, ante omnia ſoluuntur.

Ergo, Etiam quæ hoſpitali debentur.

Plures locos & exempla inuenient ſtudioſi Iuris, in Iureconſultorum libris.

LOCI A MAIORE ET minori.

Cùm ſimilium vel parium, quæ conferuntur, gradus quidam ſunt, tunc argumenta dicuntur eſſe ducta à maiore ad minus, vel à minore ad maius. Vocatur autem à Dialecticis hac doctrina argumentandi maius illud, quod maiorem ſuæ probabilitatis rationē habet, hoc eſt, Maius vocatur, quod videtur nobis omnibus certius & veriſimilius eſſe. Minus vocatur, quod videtur minus eſſe veriſimile aut incertum.

REGVLA LOCI A MAIOR *ad minus.*

Si illud non ineſt, quod magis ineſſe vi-
tur: nec illud inerit, quod minus ineſſe videtu

VEL:

Si illud verum aut poßibile non eſt, qu
magis verum aut poßibile eſſe videtur, n
illud verum aut poßibile eſt, quod minus v
rum & poßibile videtur. Tantum itaq́; neg
tiuè valet conſequentia à maiore ad minus

Q. An Comes Siciliæ poßit expellere Tu
cas ex Vngaria?

Argumentum à maiare ſumatur, h
modo:

Rex Vngariæ non potuit expellere Tu
cas ex Vngaria.
Ergo, Comes Siciliæ hoc non potuit facer

Argumentum eſt à maiore, quia ante
dens maiorem habet rationem probabilitat
quàm minor. Nam veriſimilius videtur, qu
rex poßit expellere Turcas, quàm quod Com
hoc poſſit facere.

ALIVD.

Q. An aliquis homo ſciat diem nouiſ
mum?

Argumentum à maiore, hoc modo:

Chri

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Chriſtus dicit : Filius hominis neſcit de die illo, ſcilicet ita vt nobis reuelare de- buerit illum diem in ſua mißione.

Ergo, Nemo hominum ſcit diem nouißi- mum.

Q. An pater teneatur ſoluere pecuniam, quam filius alea perdidit?

Argumentum à maiore, hoc modo:

Iuxta ſenatusconſultum Macedonianum pater non tenetur ſoluere pecuniã mu- tuo datam filiofamilias ſine mandato.

Ergo, Multo minus pater tenetur ſoluere pecuniam, quam filius alea perdidit.

REGVLA LOCI A MINORE ad maius.

Si illud ineſt, quod minus ineſſe videtur, multò magis illud ineſt, quod magis ineſſe vi- detur.

VEL.

Si illud verum aut poßibile eſt, quod mi- nus verum aut poßibile eſſe videtur, multò magis illud eſt verum aut poßibile quod ma- gis verum aut poßibile eſſe videtur.

Q. An liceat Sabbato ſeruare hominem?

Argumentum ſumit Chriſtus à minore:

Licet Sabbato ſeruare bouem aut oue
lapſam in puteum.

Ergo, Multo magis licet Sabbato ſerua
hominem.

Ratio conſequentiæ eſt, quia ſi illud, qu
minus veriſimile videtur, verum eſt, hoc e
diſpenſationem de ceremoniali obſeruatio
Sabbati valere propter bouem.

Ergo, Multo magis verum eſt illud, qu
magis veriſimile videtur, videli
illam diſpenſationem valere prop
hominem.

Similis eſt illa argumentatio Chriſti.

Licet Sabbato pecudem ſoluere, & duce
ad aquandum.

Ergo, Multò magis licet Sabbato ſolu
filiam Abrahæ alligatam à Diabolo

Tale eſt illud quoq;:

Deus veſtit, & alit, & curat oues &
cudes, & ornat flores.

Ergo, Multò magis curat nos homines,
nos alat, veſtiat.

Q. An homini Chriſtiano aliquid accid
mali ſine Dei voluntate?

Argumentum ſumit Chriſtus à mino
hoc modo:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Paſſer non cadit in terram ſine voluntate Dei.

Homo Chriſtianus melior eſt multis paſſeribus.

Ergo, Nequaquam homini Chriſtiano mali aliquid accidit ſine voluntate Dei.

Hoc exemplum Dialecticus refert ad lo-
m à maiore ad minus.

Iuno apud Virgilium ita argumentatur à
nore ad maius.

Pallas potuit exurere integram claſſem eorum quos oderat.

Ego ſum maior Dea quàm Pallas, quia ſum ſoror & coniunx Iouis.

Ergo, Ego poſſum impedire, ne Æneas veniat in Italiam.

ADMONITIO.

Rhetores hos locos in aliquibus exemplis
n admodum curioſè diſcernunt, quia ſæpè
cant maiora, quorum maior eſt dignitas aut
ndus. Minora vero, quorum minor eſt digni-
aut pondus. Et hæc ratio in aliquibus etiam
emplis videtur eſſe communis, Vt: Rheto-
hæc argumenta affirmatiua vocant argu-
nta à maiore ad minus.

Deus dedit nobis filium.

Ergo, Dabit etiam omnia alia neceſſari
Ratio, quia filius Dei dignior eſt, aut p
eſt quàm omnia alia.

Item.

Deus dedit nobis animam & vitam.
Ergo, Dabit etiam alimenta.
Ratio eſt, quia animal & vita plus ſ
quàm alimenta.

Sic Iureconſulti etiam tradunt regul affirmatiuæ argumentationis â maiore ad nus: Cui licet illud, quod magis eſt, illi li etiam illud, quod minus eſt. Vt:

Defendenti ſe contra latronem, licet lat nem impunè interficere.
Ergo, Licet etiam illi latronem impu vulnerare.

Sic econtra Rhetores & Iureconſulti in dem intellectu ſeu conſideratione maioris & noris ſæpe negatiuè argumentantur à min ad maius, iuxta regulam: Cui non licet ill quod minus eſt, ei etiam non licet, quod m ius eſt. Vt:

Filiofamilias non licet ſine conſenſu tris alienare aliquid de bonis.
Ergo, Multò minus licet ei ſine patris co ſenſu per contractum matrimonij metipſum alienari.

Dia

Dialecticus autem hæc exempla cum artè diſputat, refert ad regulas ſupra traditas; quia ille in locis à maiore & minore non conſiderat dignitatem aut qualitatem, aut pondus rerum, ſed tantũ quid magis, aut minus ſit probabile. Obſeruandum tamen eſt, quod ratio communitatis ſæpè poſtulat, vt in aliquibus exemplis magis ſequamur Rhetoricam admonitionem & Iureconſultorum, quàm Dialecticorum in his duobus locis.

LOCVS A PROPORtione.

Locus à proportione oritur ex Geometria & Arithmetica, eſtq́ huius loci doctrina diligenter deſcripta à Campano in principio libri . . Euclidis.

Differt autem locus à proportione, à loco, ſimili, iuxta ſententiã Boetij, hoc modo, quia in loco à ſimili vna res vnicuilibet alia comparatur. In loco verò à proportione non ſimilitudo rerum, ſed habitudinis ſeu proportionum conſideratur, & ſicut duplex eſt proportio: Arithmetica, quæ eſt æqualitas rerum inter ſe, ſine perſonarum reſpectu, regitq́ iuſticiam commutatiuam ſeu contractus. Et Geometrica, quæ eſt æqualitas proportionata ſeu accom-

modata ad reſpectum graduum & dignitate- regitq́ diſtributionem, officiorũ & præmiorum Ita in argumentandi ratione diſcrimen eſt.

Ab Arithmetica proportione ſic argu- mentamur.

Ciuis pro vlna huius panni dedit dal- rum.

Ergo, Etiam Princeps dabit dalerum pro vlna.

Ratio conſequentiæ eſt, quia emptio & venditio contractus ſunt, quos regit Arithme- tica proportio.

A Geometrica proportione ita argumenta- mur,

Cuſtodi dantur quinquaginta marcæ.

Ergo, Paſtori debent dari ducentæ.

Quia diſtributionem officiorum & præ- miorum gubernat proportio Geometrica.

Cùm itaq́, vt dixi, hic locus ex Geome- tria & Arithmetica oriatur, ideo tenenda e- hæc regula: Poſitis quatuor terminis ſeu nume- ris, ſic ſe habentibus, vt, Quæ eſt proportio pri- mi ad ſecundum, eadem ſit tertij ad quar- tum: Conſequens eſt, vt quæ eſt proportio pri- mi ad tertium, eadem ſit proportio ſecundi ad quartum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

II. REGVLA.

De proportionalibus idem eſt iudicium.

EXEMPLA.


Sicut ſe habent 10. ad 5. ita ſe habent 8. ad 4. proportione dupla.

Ergo, Sicut ſe habent 10. ad 8. ita ſe habent 5. ad 4. proportione ſeſquiquinta.

ALIVD.

Sicut ſe habet linea A. ad lineam B. ita ſe habet linea C. ad lineam D.

Ergo, Sicut ſe habet linea A. ad lineam C. ita ſe habet linea B. ad lineam D.



EXEMPLVM DE IVSTIcia diſtributiua.

Qualis eſt ratio inter munus Cancellarij & munus præfecti militiæ, talis eſt ratio inter Vlyſſem & Aiacem.

Sed Vlyſſes eſt idoneus ad munus Cancellarij.

Ergo,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Ergo, Aiax eſt idoneus, vt ſit præfectu[illegible] militiæ.

Item.

Sicut ſe habent mille ad quingenta, ita [illegible] habet officium Vlyſsis ad officium Aiacis.

Sed Aiaci dantur quingenta.

Ergo, Vlyſſes debent dari mille.

ALIVD.

Sicut ſe habet officium Paſtoris ad offic[illegible] um Agricolæ, talis eſt ratio inter Tityrum & Menalcam,

Sed Tityrus eſt aptior ad officium Paſto[illegible] ris.

Ergo, Menalcas eſt idoneus ad officium agricolæ.

ALIVD.

Q. An Conſul ciuitatis ſit eligendus ſort[illegible] vel conſilio?

Argumentum ſumitur ex hoc loco, ho[illegible] modo:

Sicut ſe habet gubernator nauis ad nauem ita ſe habet Conſul ad ciuitatem.

Sed gubernator nauis non eligitur ſort[illegible] ſed conſilio.

Ergo, Etiam Conſul ciuitatis non ſort[illegible] ſed conſilio eſt eligendus.

Aliud.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

ALIVD.

Q. An errante gubernatore ſocietatis er-
t tota ſocietas?

Argumentum ſumitur ex hoc loco, Sic:

Sicut ſe habent oculi ad membra, ita ſe habet gubernator ad ſocietatem.

Sed errantibus oculis, errant membra.

Ergo, Errante gubernatore errat ſocietas.

Talium exemplorum magna eſt cogna-
cum argumentis à ſimili.

ALIVD.

Sicut ſe habet pater ad liberos, ita ſe habet magiſtratus ad ſubditos, ſed pater liberos diligere & curare debet.

Ergo, Magiſtratus debet ſubditos diligere & curare.

Contra.

Sicut ſe habent liberi ad patrem, ita ſe ha-
nt ſubditi ad Magiſtratum.

Sed liberi debent patrem amare & honorare.

Ergo, Debent ſubditi Magiſtratum amare & honorare.

ALIVD.

Sicut ſe habet conuitium ad pœnam ciui-
n, Ita ſe habet homicidium ad pœnam capi-
lem.

Sed conuitium punitur pœna ciuili.

Er-

Ergo, Homicidium debet puniri pœna ca-
pitali.

Vocatur etiam hic locus à proportion[a]li-
bus, & locus à permutata proportione.

Soluuntur argumenta à proportione, [ſi-]
proportionalibus, quando oſtenditur proport[io-]
nalia non eſſe eiuſdem rationis ſeu condition[is]:
hoc eſt, cum oſtenditur diſsimilitudo. Nam [ra-]
tio conſequen: huius loci eſt eiuſdem ratio[nis]
ſeu conditionis congruentia.

Ergo, Ratio malæ coherentiæ eſt diſsimi[li-]
tudo.

Vide primi libri methodi quæstionem decimam. Vide Librum secundum de oppositione folio 126

LOCVS A PVGNANTIBVS ſeu ab oppoſitis.

Opposita sunt dissentanea quæ ratione et re dissentiunt: i. quæ ita dissentiunt ut nunquam reipsa simul esse id est ut nunquam uni eidemque attribui secundum idem & ad idem & eodem tempore possint, ideo altero affirmato alterum negatur.

Locus à pugnantibus ſeu ab oppoſitis iu[bet]
pro medio inquiri, quod cum eo, quod in quæ-
ſtione eſt, pugnat, ſeu ei opponitur. Vt:
Diei opponitur nox, ergo tale ſit argu-
mentum.

Dies eſt. Ergo, Nox non eſt.
VEL.
Nox eſt. Ergo, Dies non eſt.

Quia autem pugnantium ſeu oppoſitor[um]
ſunt quatuor ſpecies, ideo hic locus ſubdiui[di-]
tur in quatuor locos, A contrarÿs, A priuat[iue]

Reliqua
in omni oppositione vitanda est ambiguitas nam vera oppositio illa dicitur quæ intelligitur de eodem subjecto illo eodem tempore et respectu ejusdem.

[o]poſitis, A relatiuè oppoſitis, & à contradi-
[ct]orijs, quibus tamen hæ regulæ ſunt commu-
[n]es.

PRIMA REGVLA COMMVNIS.

Pugnantia ſeu oppoſita, opponuntur iuxta
[dif]ferentias, quibus diſsident non iuxta genus
[co]mmune, aut communes actiones, aut commu-
[n]ia accidentia. Vt non valet:

Virtus eſt habitus.
Ergo, Vitium non eſt habitus.
Sed cum dico:
Virtus eſt bona.
Ergo, Vitium eſt mala.
Sic non valet:
Virtus inclinat voluntatem ad agendum.
Ergo, Vitium non inclinat voluntatem ad agendum.

Quia ſicut in priore exemplo habitus eſt
[ge]nus commune, ſic in hoc exemplo inclinare
[vo]luntatem, eſt actio communis.

Item, Non valet:
Dulcis ſapor eſt bonus.
Ergo, Amarus ſapor non eſt bonus.

Quia eſſe bonum, eſt commune accidens
[cu]iuſq; ſaporis.

Sic

Sic non valet:

Pater eſt robuſtus.

Ergo, Filius non eſt robuſtus.

Dominus eſt pius.

Ergo, Seruus eſt impius.

ADMONITIO.

Ex hac regula poteſt iudicari vetus ca[illegible] nillatio.

Virginitas eſt bona.

Ergo, Coniugium non eſt bonum.

Non valet conſequentia, quia bonum, eſ[illegible] genus commune, ſignificat enim rem à De[illegible] conceſſam & probatam, atq; homini pro ſui do[illegible] ni ratione commodam. Sic Paulus, & coniugi[illegible] um & virginitatem & viduitatem dicit eſſ[illegible] bonam, 1. Corinth. 7.

SECVNDA REGVLA.

COMMVNIS.

vide libro 2 folio 126

In omni oppoſitione vitanda eſt ambigui[illegible] tas, nam vera oppoſitio eſt illa, quæ intelligitu[illegible] de eodem ſubiecto, eodem tempore & reſpec[illegible] eiuſdem. Non eſt vera oppoſitio, cum oppoſit[illegible] intelliguntur de diuerſis ſubiectis, diuerſis tem[illegible] poribus, & diuerſis reſpectibus, vt non valet

Cicero ſenex eſt pater.

Ergo, Cicero Iunior non eſt pater.

Quin[illegible]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Quia & ſunt diuerſa ſubiecta, Cicero ſe-
x & Cicero iunior, & diuerſi reſpectus. Ci-
ro ſenex eſt pater Ciceronis iunioris, ſed Ci-
ro iunior eſt pater reſpectu ſuorum libero-
m. Sic non valet:

Æthiops eſt albus dentibus, & non eſt albus cute.

Ergo, Æthiops eſt albus & non albus.

Quia dentes & cutis ſunt diuerſa ſubie-
. Sic non valet:

Cicero fuit iuuenis.

Ergo, Cicero non fuit ſenex.

Item.

Cicero fuit Senator Romanus.

Ergo, Cicero non fuit Conſul Romanus.

Quia intelliguntur de temporibus diuer-
. Sic non valet:

Iſaac fuit filius.

Ergo, Iſaac non fuit pater.

Quia intelliguntur diuerſo reſpectu: Fuit
us Abrahæ, & fuit pater Iſraelis.

III. REGVLA
COMMVNIS.

In omnibus oppoſitis ſeu pugnantibus va-
conſequentia ab affirmatione ſeu propoſitio-
vnius ad negationem ſeu remotionem alte-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

rius, ſi non violetur aliquod præceptum Dia-lecticum, Vt:

Dies eſt.

Ergo, Nox non eſt.

Simo eſt Dominus Daui.

Ergo, Simo non eſt ſeruus Daui.

Craſſus eſt diues.

Ergo, Craſſus non eſt pauper.

Cæſarem viciſſe Pompeium, verum eſt.

Ergo, Cæſarem viciſſe Pompeium non eſt falſum.

LOCVS A CONTRA-RIIS.

Contraria propriè dicuntur duæ qualita-tes inter ſe oppoſitæ, quarum vna pellit altera. Aut quarum vna poſita in gradibus excelle-ntibus, altera in eodem ſubiecto ſimul non po-tur, vt Calor & frigus, Humiditas & ſiccitas, Virtus & vitiũ, Iuſticia & iniuſticia, Lætitia & triſticia, Sed hæc definitio in hoc loco non adeo ſtrictè obſeruatur, quia contraria etiam vocantur contrariæ actiones, quas aliqui ad contradictiones referunt. Vt, iuſtè agere, iniu-ſtè agere; Dare, non dare, Emere, non emere.

Duplicia ſunt contraria: Alia ſunt im-mediata, alia ſunt mediata.

Immediata contraria ſunt, Inter quæ non tertium ſeu medium, vt ſiccitas & humi-as. Haec non contraria ſed Diverſa appellantur.

Mediata ſunt, inter quæ eſt tertium ſeu dium vnum vel plura, vt albedo & nigre- Sunt enim medij calores, ruffus, viridis, ruleus, giluus, flauus, fuſcus & ſimiles, o non valet. Haec non contraria ſed Diverſa appellantur.

Paries non eſt albus.

Ergo, eſt niger, quia poteſt habere alium colorem.

I. REGVLA.

DE CONTRARIIS.

Contrariorum immediatorum vno poſito erum remouetur, & vno remoto, alterum itur, itaq; à contrarijs immediatis valet con-uentia affirmatiuè & negatiuè.

Q. An pax ſit bona?

Argumentum ſint contraria tam ſubiecti, àm prædicati, videlicet bellum & malum, modo:

Bellum eſt malum.

Ergo, Pax eſt bona.

Ea argumentatio eſt in verſu Virgilij:

ulla ſalus bello, pacem te poſcimus omnes.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

ALIVD.

Q. An bellum ſit malum.

Argumentum ſint contraria vtriuſq; videlicet ſubiecti & prædicati, hoc modo:

Pax eſt bona:

Ergo, bellum eſt malum.

ALIVD.

Q. An Abraham fuerit incredulus?

Argumentum ſit contrarium increduli-tis, videlicet fides ſeu credere, Sic:

Abraham credidit.

Ergo, Abraham non fuit incredulus. H argumentum eſt, Roma. 4.

Q. An vita æterna ſit ſtipendium oper nostrorum?

Argumentum eſt contrarium ſtipend videlicet donum gratuitum, hoc modo:

Vita æterna eſt donum Dei per Ieſ Chriſtum, Dominum noſtrum.

Ergo, Vita æterna non eſt ſtipendium perum noſtrorum. Hoc exemplum Roma. 6.

ADMONITIO.

Non valet conſequentia, cum non eſt p fecta contrarietas. Vt: diversa sunt

Mala opera damnant.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Ergo, Bona opera ſaluant.

Non valet, quia inter bona opera & mala ra, non eſt perfecta contrarietas: Nam ma- pera ſunt perfectè mala contra legem Dei, bona opera non ſunt perfectè bona ſecun- m legem Dei.

Sic non valet:

Mors eſt ſtipendium peccatorum.

Ergo, Vita eſt ſtipendium bonorum ope- m, Ratio eadem eſt, quia peccata ſunt per- ctè mala, ſed bona opera non ſunt perfectè na, ſeu obedientia noſtra non eſt perfecta, iu- u legem.

II. REGVLA.

Contrariorum cum vnum in gradu excel- nti ponitur, remouetur alterum, ſed non con- a, Itaq; ad vnius affirmationem, ſequitur al- rius negatio, ſed non contra. Et ratio hæc eſt, ia duæ contrariæ qualitates graduum excel- ntium, non ſunt ſimul in eodem ſubiecto. Vt:

Paries eſt albus.

Ergo, Non eſt niger.

d non ſequitur:

Paries non eſt niger.

Ergo, Eſt albus: Quia poteſt eſſe ruffus ut viridis. Sunt enim album & nigrum con- aria mediata.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

ADMONITIO.

Gradibus remiſsis in eodē ſubiecto contra
qualitates inter ſe luctantes eſſe poſſunt, V
aqua tepida luctantur duæ qualitates cont
riæ, frigditas & caliditas, donec vna vinc
& alteram expellat.

Sic in corde hominis ſimul eſſe poſſunt,
uor & lætitia in gradibus remiſsis, & inter
luctantes: Ergo, Non valet. In Dauide eſt
ducia & gaudium audita conſolatione, E
non eſt in eo trepidatio. Quia trepidatio pot
ſimul eſſe in gradu remiſſo.

Sic non valet.

Dilectio foras pellit timorem:

Abraham diligit.

Ergo, Abraham non timet Deum.

De hoc argumento etiam hæc admoni
obſeruanda eſt, quod non ſunt contraria, di
ctio & timor filialis, quæ dicitur reuerentia

Sed valet hoc argumentum.

In Dauide eſt fiducia & conſolatio.

Ergo, In Dauide non eſt deſperatio.

Quia in gradibus excellentibus non ſunt
mul, id eſt, fides & deſperatio excellenti gra
non ſunt coniuncta.

ADMONITIO ALIA.

Iureconſulti de contrarijs tradunt has regulas.

I. REGVLA.

Contrariorum eſt eadem diſciplina, Vt qui nouit quid ſit virtus, aut quid ſit iuſticia, quia ſit iuſtè agere?ècontrario nouit, quid vitium, aut iniuſticia, aut iniuſtè agere.

Additur ad hanc regulam, eandem eſſe diſciplinam contrariorum, quo ad cognitionem, non quo ad effectus, & Iuris diſpoſitionem. Nota.

II. REGVLA.

Contrariorum contraræ ſunt definitiones, ut:

Iuſticia eſt virtus, quæ ſuum cuiq; tribuit.

Ergo, Iniuſticia eſt vitium ſuum cuiq; non tribuens, ſeu aliena rapiens.

III. REGVLA.

Contrariorum contrarij ſunt effectus. Vt:
Iuſtus iuſtè agit.
Ergo, Iniuſtus iniuſtè agit.

IIII. REGVLA.

Contraria in eodem ſubiecto conſiſtere non poſſunt, Ideo allegans contraria, non eſt audi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

endus, ſcilicet allegans contraria de eodem ſ[illegible]
cto, & in eodem iudicio.

ADMONITIO RHEtorica.

Ex loco contrariorum, imò ex genera[illegible]
loco oppoſitorum Rhetores ſumunt Antitheſe[illegible]
quorum in arte oratoria magnus vſus eſt, iux[illegible]
regulam: Contraria contra ſe poſita, magis ill[illegible]
ceſcunt. Ita etiam ſæpè definitiones in Rheton[illegible]
cis ſumuntur à contrarijs, propter perſpicuit[illegible]
tem, Vt: Virtus eſt vitium fugere, & ſapien[illegible]
tia prima, Stulticia caruiſſe, id eſt, virtu[illegible]
præditus eſt, qui caret vitijs, & ſapiens, q[illegible]
non eſt ſtultus, Iuſtus eſt, qui non agit iniuſ[illegible]
&c.

LOCVS RELATIVORV[illegible] et correlatiuorum ſeu à relatiuè oppoſitis.

Hic locus oritur ex prædicamento relati[illegible]
nis, Ideo regulæ de relationibus in hoc loco ſu[illegible]
ex primo libro repetendæ, quia ex illis, ta[illegible]
quam ex fundamentis, loci huius maximæ ſe[illegible]
regulæ oriuntur.

REGVLA I. LOCI.

Poſita

Poſito relatiuo, neceſſe eſt poni correlatiuum, ſed in alio ſubiecto, ſeu alijs ſubiectis, & contra.

II. REGVLA.

Deſtructo relatiuo, etiam correlatiuum deſtruitur, & contra: Harum regularum fundamentum eſt in regula prædicamentali: Relatiuum & correlatiuum ſe mutuo ſtatuunt & euertunt. Eſtq; ratio, quia relatio poſita, ponit vtrunq;, ſcilicet relatiuum & correlatiuum. Ergo, Relatione ſublata, etiam vtrunq; tollitur. Vt:

Dominium.

Simo—————Dauus.

Dominus—————Seruus.

Hæ regulæ etiam ſic recitantur. In relatiuis ad poſitionem vnius, ſequitur poſitio alterius, in diuerſis ſubiectis, & ad negationem vnius, ſequitur negatio alterius, in diuerſis ſubiectis.

Q. An Dauus ſit ſeruus Simonis?

Argumentum ſit correlatiuum, hoc modo:

Simo eſt Dominus Daui.

Ergo, Dauus eſt ſeruus Simonis.

Q. An Dauus manumiſſus ſit ſeruus Simonis?

Argumentum ſit correlatiuum negatiuè, hoc modo:

Simo non amplius eſt Dominus Daui manumiſſi.

Ergo, Dauus manumiſſus, non eſt amplius ſeruus Simonis.

Ratio eſt, quia ſublata relatione tollitur relatiuum & correlatiuum.

Q. An Cicero habuerit liberos?

Argumentum ſit correlatiuum nomen, videlicet pater, hoc modo:

Cicero fuit pater.

Ergo, Habuit liberos.

Et contra:

Cicero habuit liberos,

Ergo, Cicero fuit pater.

Q. An filius Dei ſit æternus?

Argumentum ex relatione ſumitur, hoc modo:

Deus pater eſt æternus.

Ergo, Deus filius eſt æternus.

Vel ſic.

Deus Pater nunquam incepit eſſe pater.

Ergo, Deus filius nunquam incepit eſſe filius.

Sunt igitur pater & filius æterni.

Q. An

Q. An Chriſti regnum ſit æternum?

Argumentum ſit correlatiuum regni, hoc modo:

Chriſtus eſt rex æternus.

Ergo, Chriſti regnum eſt æternum.

Q. An Chriſti regnum ſit ex hoc mundo.

Argumentum fiat hoc modo:

Chriſtus non eſt Rex de hoc mundo.

Ergo, ipſius regnum non eſt de hoc mundo.

Q. An Angli ſint ſubditi regis Galliæ?

Argumentum hoc modo:

Gallus non eſt rex Anglorum.

Ergo, Angli non ſunt ſubditi regis Galliæ.

III, REGVLA.

Relatiuum & correlatiuum non competunt vni ſubiecto ſimul & reſpectu eiuſdem: Ergo in eodem ſubiecto & reſpectu eiuſdem, ſub affirmatione vnius, ſequitur negatio alterius.

Q. An Iſaac fuerit pater Abrahami?

Argumentum ſit correlatiuum, hoc modo:

Iſaac fuit filius Abrahami.

Ergo, Non fuit eius pater.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Q. An Plato fuerit Præceptor Socratis?
Argumentum ſit correlatiuum.
Plato fuit diſcipulus Socratis.
Ergo. Non fuit Præceptor Socratis.

ADMONITIO.

Non valet talis conſequentia, cum eſt diuerſus reſpectus, quia relatiuum & correlatiuum poſſunt tribui eidem ſubiecto ſecundum diuerſos reſpectus. Vt non valet:

Iſaac eſt Pater.
Ergo, Iſaac non eſt filius.

Quia reſpectu ad Abraham eſt filius, & reſpectu ad Iacobum eſt pater.

Sic non valet:
Dux Bauariæ eſt Dominus.
Ergo, Nemini eſt ſubiectus.

Quia eſt Dominus reſpectu ſuorum ſubditorum, ſed ſubditus eſt reſpectu Imperatoris.

Ad hanc exceptionem pertinet etiam hoc exemplum.

Meßias eſt filius Dauidis.
Ergo, Non eſt eius Dominus.

Nego conſequentiam, Quia eſt diuerſus reſpectus: Meßias eſt Dominus Dauidis reſpectu æternæ diuinitatis. Et eſt filius Dauidis, reſpectu aſſumptæ carnis, ſicut Paulus dicit ad

Rom.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Rom: 1. *Qui natus eſt de ſemine Dauid, ſecundum carnem.*

ADMONITIO ALIA.

Ad hunc locum pertinent in ſcriptura & Theologica doctrina argumenta, quæ ex relatione inter fidem & promiſsionem, ſeu miſericordiam & gratiam Dei, ſeu ipſum Chriſtum ducuntur. Vt:

Vita æterna promiſſa eſt propter Chriſtum.

Ergo, Vita æterna fide accipitur propter Chriſtum.

Item.

Fide ſaluamur.

Ergo, Miſericordia Dei, ſeu gratia Dei ſaluamur.

Item.

Chriſtus eſt iuſticia & vita noſtra.

Ergo, Iuſtus ſua fide viuit.

Item.

Abijciens bonam conſcientiam, amttit fidem.

Ergo, Abijciens bonam conſcientiam, amittit Chriſtum, & miſericordiã Dei, ſeu gratiam Dei &c.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

LOCVS PRIVATIVE oppoſitis.

Priuatiuè oppoſita ſunt quorum alterum formam vel habitum, alterum abſentiam formæ ſignificat in re, cui forma illa adfuit, vel adeſſe potuit. Vt cæcitas & viſus priuatiuè opponuntur in homine, vel alio animali, ſed non in lapide, quia lapidi forma non competit, Ergo nec priuatio. Sic diuitiæ & paupertas priuatiuè opponuntur in homine, ſed non in boue aut aſino, quia animalibus irrationalibus non competit forma.

Obſeruanda eſt autem in hoc loco diſtinctio, inter negationem & priuationem, ſeu inter nihil negatiuè & nihil priuatiuè.

Negatio ſeu nihil negatiuè negat ſeu tollit ſubiectum, vt cum dico: Bucephalus iam non eſt, Cerberus nihil eſt, tunc ſignifico ipſa ſubiecta non eſſe.

Sed priuatio aut nihil priuatiuè, tantum tollit formam vel habitum è ſubiecto manente. Vt cum dico: Homerus non videt, aut Homerus eſt cœcus, tunc in ſubiecto manente, nego eſſe formam aliquam, quæ in illo eſſe poterat vel fuit, vt viſum.

REGVLA I.

Pri-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Priuatio præſupponit habitum, vel ſaltem potentiam, ſeu ius ad habitum. Ergo à priuatione argumentamur affirmatiuè ad habitum, hoc modo, quod habitus vel forma, vel præceſſerit, vel adeſſe potuerit natura.

Q. An Cicero vixerit?

Argumentum ſumitur à priuatione ex hac regula: Priuatio præſupponit habitum, hoc modo:

Cicero mortuus eſt.
Ergo, Cicero vixit.

Q. An Apitius Romanus fuerit diues?

Argumentum à priuatione.

Apitius per commeſſationem & gulæ delitias factus eſt pauper.
Ergo, Apitius fuit diues.

Tale eſt & hoc:

Hypocritæ in nouiſſimo die ſeparabuntur à veris membris Eccleſiæ.
Ergo, Nunc ſunt admixti Eccleſiæ in externa conuerſatione.

ADMONITIO.

Sæpè etiam à reſtitutione formæ argumentamur ad priuationem iuxta regulam: Reſtitutio præſupponit priuationem. Vt:

Romani Ptolomeum reſtituerunt in regnum.

Ergo, Ptolomeus fuit eiectus è regno.

Item.

Chriſtus Lazaro reddidit vitam.

Ergo, Lazarus fuit mortuus.

Item.

Chriſtus venit vt nos iuſtificet, redd nobis gratiam Dei, & vitam æte nam.

Ergo, Per peccatum amiſimus Iuſticiam gratiam Dei & vitam.

Ex hac regula ſumunt Iureconſulti ſen tentiam, quod petens reſtitutionem, debet pro bare ſpolium vel priuationem.

REGVLA II.

In gradibus remiſsis ſimul poſſunt eſſe ha bitus & priuatio, ſicut in loco caliginoſo paru lucis & tenebræ ſimul ſunt. Sic in mente ſim ſunt, exigua noticia & caligo. Sed in gradib excellentibus detracto habitu, neceſſe eſt ſub iecto tribui priuationem & contra. Itaq; tu in priuatiuè oppoſitis ab vnius affirmation ad alterius negationem & econtra. Ab vnit negatione ad alterius affirmationemm, mutu eſt argumentandi ratio.

Hæc regula etiam ſic per plures regul recitatur.

Affirm

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

I.

Affirmato habitu, tollitur priuatio. Vt:
Viſu præditus eſt:
Ergo, Non eſt cæcus.
Viuit. Ergo, Non eſt mortuus.
Diues eſt, Ergo, Non eſt pauper.
In futura reſurrectione reuiuiſcemus.
Ergo, Mors deſinet.

II.

Affirmata priuatione, tollitur habitus cum ſuis effectibus. Vt:
Cæcus eſt.
Ergo, Viſu caret, & non videt.
Mortuus eſt.
Ergo, Viuere deſijt & non facit opera viui hominis.
Furioſus eſt.
Ergo, Compos mentis non eſt, & non conſentit.
Pauper eſt.
Ergo, Non eſt diues, & non poteſt multum dare.

III.

Remoto habitu ſeu forma, ponitur priuatio. Vt:
Viſu caret. Ergo, Cæcus eſt.
Diuitias amiſit.
Ergo, Diues non eſt.

IIII.

Remota priuatione, ponitur habitus cu[m] ſuis effectibus. Vt:

Cœcitas ſanata eſt.
Ergo, Viſus redditus eſt.
Item, Ergo, Videt.
Pauper amplius non eſt.
Ergo, Diues eſt, & poteſt debitum ſolu-re.
Ptolomeus in regnum reſtitutus eſt.
Ergo, Rex eſt, & regnat.

ADMONITIO.

Ad hunc locum pertinent regulæ Iuri[s] Non videtur rem amittere, cuius propria no[n] fuit, amiſsio enim eſt priuatio, præſuppone[ns] habitum.

ALIA REGVLA.

Non poteſt videre deſijſſe habere, q[ui] nunquàm habuit. Vt:

Aſinus non amiſit cornua, quia nõ habu[it].

Mendicus accuſans vicinum, quod ei f[u]-ratus ſit mille aureos, conuincitur mẽdacij, qu[ia] non habuit mille aureos. Ex regula: Priuat[io] præſupponit habitum, mouent Iureconſulti t[a]lem quæſtionem. Si cæcus cõmittat delictu[m] cuius pœna ſit excæcatio, quomodo ſit punie[ndus].

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

nus? Reſpondent ex regula allegata, quod pœna excæcationis ſit commutanda in aliam pœnam, quia mens legis de excæcatione præſupponit habitum, id eſt, viſum. Sic reſpondent de illo, cui eſt amputanda dextera manus, quam non habeat: Nam ſi illi etiam amputaretur ea manus, tunc pœna eſſet grauior, quàm mens legis.

De hoc vide locum supra de contrariis folio 334

LOCVS A CONTRADIctione, ſiue à contradictorijs.

Hic locus oritur ex doctrina de contradictione, quæ tradita eſt libro 2.

REGVLA.

Duæ contradictoriæ non poſſunt eſſe ſimul veræ aut falſæ, ſed cum vna eſt vera, tunc altera neceſſario eſt falſa, & cum vna eſt falſa, tunc altera neceſſario eſt vera. Itaq; valet conſequentia, ab affirmatione ſeu veritate vnius de contractorijs, ad negationem ſeu falſitatem alterius & contra: à negatione ſeu falſitate vnius, ad affirmationem ſeu veritatem alterius.

Q. An omnes homines ſint ſapientes?

Argumentum ſumatur à contradictorijs ſeu contradictione.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Quoſdam homines non eſſe ſapientes, e
verum.

Ergo, Omnes homines eſſe ſapientes, e
falſum.

Et contra.

Omnes homines eſſe ſapientes falſum e
Ergo, Quoſdam homines non eſſe ſapie
tes, verum eſt.

Q. An Deus ſua voluntate prædeſtinati
nis, ſit cauſa mortis quorundam hominum?

Argumentum ſumitur à contradiction
iuxta regulam: In Deo non ſunt fingendæ co
tradictoriæ voluntates.

Verum eſt, quod Deus non vult morte
peccatoris, ſed vt conuertatur & v
uat.

Ergo, Falſum eſt, quod Deus ſua volun
tate prædeſtinationis, quibuſdam h
minibus ſit cauſa mortis.

Q. An terra moueatur?

Argumentum ſumitur ex contradiction
hoc modo.

Terram non moueri, eſt verum, quia D.
uid dicit: Terra perpetuò ſtat, Sol m
uetur & occidit.

Ergo, Terram moueri, eſt falſum,

Et contra:

Ter

Terram non ſtare ſed moueri, eſt falſum.
Ergo, Terram ſtare, & non moueri, eſt verum.

Q. An fides iuſtificet?

Argumentum à contradictione ſumitur, hoc modo:

Fidem non iuſtificare, eſt falſum, ſicut ad Gal 1. dicit Apoſtolus: Anathema ſit, qui aliud Euangelium prædicauerit.
Ergo, Fidem iuſtificare eſt verum.

Ex hac regula multa indicantur in depoſitionibus teſtium, quia omnis teſtis deponens vnam contradictoriam, deponit alteram.

ADMONITIO I.

In contradictione ſeu contradictorijs non debet eſſe ambiguitas, nam monſtrata ambiguitate, deſtruitur contradictio, vt lib. 2. dictum eſt.

ADMONITIO II.

Sæpè ſtruuntur inſidiæ ex hoc loco, per tales argumentationes.

Cuiuslibet contradictionis pars altera eſt vera.
Hæc propoſitio, terra mouetur, eſt altera pars contradictionis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Ergo, Hæc propoſitio, Terra mouetur, e[illegible]
vera. *Vel.*
Cuiuslibet contradictionis altera pars e[illegible]
falſa.
Hæc propoſitio, Cœlum mouetur, eſt alt[illegible]
ra pars contradictionis.
Ergo, Hæc propoſitio, Cœlum mouetur, e[illegible]

falſa. In talibus argumentationibus ſunt in[illegible] diæ, quia in minore non fit recta ſubſumpt[illegible] Nam ſubſumptio in vtroq; ſyllogiſmo hæc d[illegible] bebat eſſe. Sed hæc eſt contradictio: Terra m[illegible] uetur, & terra non mouetur. Ergo altera pa[illegible] huius contradictionis eſt vera. Vel, Erg[illegible] Altera pars huius contradictionis eſt falſa.

Reſpondetur autem ad has inſidias per r[illegible] gulam, quæ tradita eſt, lib. 3. A non diſtrib[illegible] to, ad diſtributum, non valet conſequentia.

Cuiuslibet contradictionis vna pars eſt vera.
Cicero interfecit Cæſarem, eſt vna pa[illegible]
contradictionis.
Ergo, Cicero interfecit Cæſarem, veru[illegible]
eſt.

ADMONITIO GENERALI[illegible] *de oppoſitis.*

In locis oppoſitorum ſicut ab ipſa oppoſiti[illegible] ne rerum, ita ſæpè ab oppoſitione effectuum a[illegible]

gumen[illegible]

gumentamur, vt in loco contrariorum.

Virtus inclinat voluntatem ad agendum ſecundum rectam rationem.

Ergo, Vitium inclinat voluntatem ad agendum contra rectam rationem.

Valet, quia contrariorum contrarij ſunt effectus. Sic valet.

Concordia conſeruat reſpublicas.

Ergo, Diſcordia deſtruit Reſpub:

Talis eſt argumentatio in dicto Saluſtij:
Concordia res paruæ creſcunt, diſcordia dilabuntur.

In loco à relatiuè oppoſitis.

Rex debet fideliter regere.

Ergo, Subditi debent fideliter obedire.

Venditor non debet fallere emptorem mala merce.

Ergo, Emptor non debet fallere venditorem mala pecunia.

In loco à priuatiuè oppoſitis.

Præditus viſu poteſt videre.

Ergo, Cæcus non poteſt videre.

In loco contradictionum.

Si cælum mouetur, tunc ſtellæ oriuntur & occidunt.

Ergo, Si cælum non mouetur, tunc ſtellæ non oriuntur & occidunt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Si Deus eſt peccati cauſa, tunc etiam eſt
cauſa condemnationis.
Ergo, Si Deus non eſt cauſa peccati, tunc
etiam non eſt cauſa condemnationis.

ADMONITIO ALIA DE alternatiuis.

Iureconſulti habent locum ab alternati-uorum ratione, qui ad oppoſita etiam referri poteſt, quia alternatiua vocantur duo in vna petitione, aut in vna lege, aut in vna obliga-tione, aut in vno mandato vel ſimilibus, oppo-ſita ea conditione, vt, Si vnum non fit, alterum fiat. Vt ſeruabo contractum, aut dabo tibi 10. daleros, alternatiua obligatio eſt.

REGVLA.

Alternatiuæ ſua natura ad conditionales diſiunctiuas propoſitiones pertinent, Itaq; qui partem alienam alternatiuæ ſeruat, ille alterna-tiuam ſeruaſſe iudicatur.

Q. An ille, qui alternatiuè promiſit equum aut 10. daleros, poſſit accuſari, quia equum non dedit, ſi decem daleros dedit?

Argumentum ſumitur ex regula de alter-natiuis.

Alternatiuam ſeruat qui alteram partem
ſeruat.

Ergo. Qui alternatiuè promiſit ſe equum aut decem daleros daturum, fide ſua præſtitit, & accuſare non poteſt, ſi decem daleros dedit.

LOCVS DE CONTRApoſitione.

Ariſtoteles facit mentionem duorum locorum, qui etiam ad oppoſita pertinent. Eoſq́ vocat locum à contrario, quem contrapoſitionis locum, & locum in ipſo, quem locum à contrario ſenſu appellamus.

Eſt autem argumentandi ratio à contrapoſitione nihil aliud, quàm conuerſio per contrapoſitionem, de qua lib. 2. dictum eſt, Nimirùm, quando ordo terminorum ita conuertitur, vt oppoſitum ſubiecti antecedentis, fiat prædicatum conſequentis, & oppoſitum prædicati antecedentis, fiat ſubiectum conſequentis. Vt:

Homo eſt animal.
Ergo, Non animal, non eſt homo.

VEL.

Omnis homo eſt animal.
Ergo, Quicquid non eſt animal, non eſt homo. *Item.*
Omne aurum eſt rutilum.
Ergo, Quicquid non eſt rutilum, non eſt aurum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Item.

Qui ex Deo eſt, verbum Dei audit.

Ergo, Non audiens verbum Dei, non eſt ex Deo.

Item.

Omnis ſtudioſus ſtudet.

Ergo, Qui non ſtudet, non eſt ſtudioſus.

Ariſtoteles hanc formam vocat à contrario, ideo, quia in conſequente ſit contraria diſpoſitio terminorum.

LOCVS A CONTRARIO ſenſu.

A contrario ſenſu, vocatur talis argumentandi forma, quando ſubiecto & prædicato antecedentis, manente eadem diſpoſitione, adduntur in conſequente negationes, etiamſi non fiat conuerſio, Vt:

Qui credit in Chriſtum, ſaluatur.

Ergo, Qui non credit in Chriſtum, non ſaluatur. *Vel.*

Quando alioqui ſubiectum conſequentis opponitur ſubiecto antecedentis, tunc prædicatum conſequentis opponitur prædicato antecedentis, Vt:

Iuſticia eſt virtus.

Ergo, Iniuſticia eſt vitium.

Ari-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Ariſtoteles vocat locum in ipſo, propterea quod manet idem ordo terminorum oppoſitorũ ſine cõuerſione. Exempla huius loci multa ſunt in Prouerbijs Salomonis Cap. 10. Vt.

Filius ſapiens lætitia afficit parentes.
Ergo, filius ſtultus mœſticia afficit parentes. Item.

Manus ocioſa operatur egeſtatem.
Ergo, Manus laborioſa ſeu ſedula parit diuitias.

Q. An vitium per ſe ſit fugiendum, etiamſi pœna non ſit propoſita?

Argumentum à contrario ſenſu ſumitur, hoc modo:

Virtus per ſe eſt expetenda, etiamſi non expectatur premium.
Ergo, Vitium per ſe eſt fugiendum, etiamſi non veretur pœnam.

Q. An offenſio non facta conſulto, ſit iniuria?

Argumentum ſit tale à contrario ſenſu.

Offenſio, quæ fit conſulto, ſeu animo iniuriandi, eſt iniuria.
Ergo, Offenſio non facta conſulto, nec animo iniuriandi, non eſt iniuria.

In quinta Thuſculana Ciceronis extat hoc exemplum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Q. An virtus ſit cauſa vitæ beatæ?

Argumentum à contrario ſenſu ita ſumit Cicero:

Vitia ſunt cauſa vitæ miſeræ.

Ergo, Virtus eſt cauſa vitæ beatæ.

Verba Ciceronis hæc ſunt: Quid cum fatemur, ſatis magnam vim eſſe in vitijs ad miſeram vitam, nonnè fatendum eſt eandem vim in virtute eſſe ab beatam vitam?

ADMONITIO I.

In Theologia non valet hoc argumentum:

Mala opera damnant.

Ergo, Bona opera ſaluant.

Quia, vt ante dictum eſt, non eſt perfecta contrarietas: In hoc loco ſolet dici: In argumento à contrario ſenſu, ſubiecta & prædicata debent eſſe paria. Cùm enim non ſunt paria, tunc non valet argumentum. Vt non ſunt paria: Mala opera & boua opera, hoc eſt, non ſunt æquali aut pari modo bona & mala, quia mala ſunt perfectè mala, bona ſunt imperfectè bona.

ADMONITIO II.

Argumentum à contrario ſenſu non valet, quando prædicatum antecedentis eſt genus aut accidens commune, hoc eſt, conuenit ſimul

ſub-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

...ſubiecto antecedentis, & eius oppoſitio, Vt ...non valet.

Virtus eſt habitus.

Ergo, Vitium non eſt habitus.

Quia habitus eſt commune genus virtutis & vitij. Sic non valet:

Amicus eſt mutabilis.

Ergo, Inimicus eſt immutabilis.

Quia mutabilitas, eſt accidens commune ...mici & inimici.

ADMONITIO III.

Iureconſulti dicunt argumentum à contra...rio ſenſu in Iure eſſe fortiſſimum, quia eſt mens ...legis ſeu ſtatuti. Ideo tradunt regulam: Senſus ...contrarius pro lege accipitur. Item, Senſus con...trarius eſt tacitus & ſubauditus intellectus le...gis. Nam lex affirmatiua includit contrarium ...ſenſum negatiuū, hoc eſt, lex mandans includit ...contrariam prohibitionem, & lex negatiua in...cludit cōtrarium ſenſum affirmatiuū, id eſt, lex ...prohibens includit contrarium mandatum. Vt:

Honorans parentes obtemperat Deo.

Ergo, Non honorans parentes, peccat.

Vel:

Lex Dei præcipit, vt parentes honore afficiantur.

Ergo, Lex Dei prohibet, ne parentes contumelia afficiantur.

Item,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Disperata appellantur duæ species diversæ quæ in se coalescere nequiant vt homo & leo. DEVS & Homo

Item.

Lex prohibet habere Deos alienos.

Ergo, Lex mandat, vt colamus verum Deum.

Item.

Lex prohibet, ne dicamus falſum teſtimonium.

Ergo, Mandat lex, vt dicamus verum teſtimonium.

Ponunt autem Iureconſulti aliquas exceptiones, quando ſcilicet argumentum à contrario ſenſu non valeat in iure, nimirum, cum contrarius ſenſus eſt abſurdus, pugnans cum ratione, aut cum alia expreſſa lege, aut cum verbis, quæ ſunt ſtricti Iuris, & tradunt regulam: Propter ſenſum contrarium non debet recedi à communi Iure.

Rami folio A: 105

LOCVS A DISPARATIS, ſeu differentibus.

Ramus Disperata dicit an quod vnum multis pariter opponitur. Boetius Disparata sunt inquit lib. 1 de syllogis. mis Hypotheticis quæ a se sunt diversa nulla Contrarietate tamen pugnant. Differunt diversa & disparata. Diversa enim sunt dissentanea quæ ita dissentiunt vt tamen reipsa simul esse & vni eidemque tribui possint, vt pauperitas & eruditio sunt Diversa. Nam possunt reipsa simul esse & vni eidemque attribui. potest enim aliquis esse pauper qui tamen sit eruditus

Diſparata ſeu differentia ſunt, quæ inter ſe non pugnant ſecundum quatuor modos oppoſitorum, ſed tamen inter ſe diſsident ita, vt vnum alterum eſſe non poſsit, neq; vtrunq; vni rei poſsit ſimul conuenire.

Album,	*Nigrum.*	*Contraria.*
Pater,	*Filius.*	*Relatiua.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Vita, Mors. — *Priuatiua oppoſ*

Cæſar vicit Pompeium }
Cæſar non vicit. } *Contradictoria.*

Homo, Equus, — *Diſparata,*
Cicero, Socrates, — *Diſparata.*

Eorum ſunt quatuor ſpecies: Differentia numero ſunt indiuidua eiuſdem ſpeciei, Vt Cicero, Scipio, Themiſtocles, Socrates, Ariſtoteles, numero differunt. Item, Bucephalus, hic equus, non differunt.

Differentia ſpecie ſunt diuerſæ ſpecie eiuſdem generis, Vt homo & equus ſpecie differunt. Aut ſunt indiuidua diuerſarum ſpecierum, Vt: Bucephalus & Lyciſca ſpecie differunt, quia Bucephalus eſt equus, Lyciſca canis.

Differentia genere ſunt diuerſa genera, aut ſub diuerſis generibus poſita, Vt, Equus et arbor, quia equus animal eſt, arbor planta.

Differentia prædicamentis ſunt quæ in diuerſis prædicamentis ponuntur. Vt: Homo & Iuſticia, Quia Homo eſt in prædicamento ſubſtantiæ, Iuſticia in prædicamento qualitatis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Differentia.

- *Numero*—1. homo *Cicero*, 2. homo *Socrates*, 3. homo *Plato* 4. homo *Ariſtoteles*, *Quia indiuidua* … *numerantur*.
- *Specie*—*Homo. Bos, Leo. equus, qui* … *ſunt diuerſæ ſpecies, Cicero* … *Bucephalus, Lyciſca, ſunt* … *indiuidua diuerſarum ſpecierum.*
- *Genere*—*Homo, arbor, Magnes* … *ſpecies diuerſorū generum.*
- *Prædicamētis*—*Homo, Iuſticia, quã* … *titas, veſtis, diuerſa prædicamenta.*

REGVLA LOCI.

Perſpicua & vnica regula eſt. Poſita vna … *ſpecie, remouentur omnes diſparatæ, Vel poſito* … *vno diſparatorum, remouentur alia. Itaq; a* … *vnius diſparati affirmatione ad negationem* … *alterius, vel aliorum, valet conſequentia V* …

Plato eſt homo. Hæc herba est ruta
Ergo, Plato non eſt aſinus. ergo no est lilium
Bucephalus eſt equus.
Ergo, Bucephalus non eſt bos,
Lyciſca eſt canis.
Ergo, Lyciſca non eſt lupus.

Ra

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Raphael eſt angelus.
Ergo, Raphael non eſt homo.

Item.

Q. An pœna, qua Magiſtratus ſontes afficit, ſit iniuria?

Argumentum à diſparatis ſumitur, hoc modo:

Pœna, qua Magiſtratus ſontem afficit, eſt executio iuris.
Ergo, ea pœna non eſt iniuria.

ADMONITIO DE EXCEPTIONIBUS.

Regula
Desperatæ species non nisi per figuram coniunguntur
Duæ vel plures desperatæ species generice coniunguntur non secundum differentias specificas

Excipiuntur prædicationes figuratæ. Vt:
Tyrannus eſt homo.
Ergo, Non rectè dicitur, Tyrannus eſt lupus.

Nego conſequentiam, quia mutatur genus prædicationum: Nam in antecedente eſt prædicatio regularis, in conſequente eſt prædicatio figurata ſeu Metaphorica,

Excipiuntur etiam prædicationes inuſitatæ, Vt:
Chriſtus eſt Deus.
Ergo, Chriſtus non eſt homo.

VEL:

Chriſtus eſt homo.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Ergo, Chriſtus non eſt Deus.

Nego conſequentiam, quia in hac perſona Ieſu Chriſti ſunt vnitæ duæ naturæ, diuina & humana, & eadem perſona eſt Deus & Homo.

> Loſſius inverſio eſt quando oſtendimus pro nobis facere argumentum, quod contra nos detorquetur. aut contra quando adverſarius pro ſe argumentum ducit quo eodem convincitur.
> Conſimilia exempla ſunt
> Quod volo non poſſum quod poſſum non volo. pro non poſſum id agere quod volo vel non volo quod poſſum
> Edimus ut vivamus non vivimus ut edamus.

LOCVS AB INVERſIONE.

Inuerſio eſt forma argumentandi talis, cum cauſam, quam aduerſarius pro ſe citat, maximè contrarium confirmare oſtendimus. Vel: Inuerſio eſt, inuerſa ſeu contraria expoſitio argumenti, quod adducit aduerſarius, ſeu eſt cum id, quod aduerſarius contra nos adfert, viciſſim in eum torquemus. Vocaturq́, vſitato argumentum inuerſionis βίαιον, quia aduerſarius proprio gladio iugulatur, hoc eſt, proprio argumento vincitur. Rhetores ſolent citare hoc exemplum de Vlyſſe.

Vlyſſes ſepeliuit Aiacem.

Ergo, Vlyſſes interfecit Aiacem.

Hoc argumentum Vlyſſes ſic inuertit Imò ſi occidiſſem, non ſepeliuiſſem, ſed aufugiſſem, hoc eſt:

Vlyſſes ſepeliuit Aiacem.

Ergo, Vlyſſes non interfecit Aiacem.

Et ratio inuerſionis eſt, quia conſentane-

um eſt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

rum eſt, quod *Vlyſſes* non expectaſſet apud cadauer *Aiacis*, & illud ſepeliuiſſet, ſi ipſe cædem perpetraſſet, ſed potius aufugiſſet, quia homicida eſt timidus.

Talis eſt inuerſio apud Paulum ad Rom:

Si Lex auget peccatum.

Ergo, Pugnat cum promiſſione.

Inuertit Paulus: Imò, Si Lex tolleret peccatum, tunc pugnaret cum promiſſione, nam tolleret promiſſionem, ſeu faceret promiſſionem inutilem, Sicut ad Galat. 2. clarè dicit:

Si ex lege eſt iuſticia.

Ergo, Chriſtus fruſtra mortuus eſt.

LOCVS A SIGNIS.

Hic locus iubet inquiri ſigna, eaq; pro argumentis poni. Eſt autem ſignum quiddam incurrens in ſenſus, quod ratiocinantem commonefacit de alia re. Vt, Pallor perpetuus in iuuenili corpore eſt ſignum malæ concoctionis ſeu hepatis infirmi.

Cometa eſt ſignum futurorum malorum, Sicut Lucanus dicit: Nunquam conſpectum impunè Cometam. Sic cum arbores proferunt gemmas, & folia, ſignum eſt æſtatem propè eſſe. Ita Chriſtus ſigna prædixit, admonentia de vltimo die, in quo mundus periturus eſt ſeu ex-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

tremo iudicio. Sciendum verò eſt duplicia eſſe ſigna, ~~Alia ſunt neceſſaria~~, quæ vocantur ~~τεκμήρια~~, quæ ſunt cauſæ, vel effectus rei ſignificatæ, vel perpetuo coniunctæ cum cauſis & effectibus, vt fumus ſignum eſt eſſe ignem. Luceſcere neceſſariò ſignificat ortum Solis, h. e. aurora ſignum eſt præcedens ortum Solis, eumq; nuncians: A talibus ſignis ducuntur argumenta neceſſaria & firma. ~~Alia ſigna non ſunt neceſſaria, ſed~~ communiter accidentia, quæ vocantur εἰκότα, & gignunt argumenta probabilia tantùm, vt probabile ſeu veriſimile eſt talē eſſe vnumquemq; quales ſunt eius ſocij.

REGVLA I.

A ſignis neceſſarijs valet conſequentia perpetuò. Vt:

Non ſpirat. Ergo, Non viuit.

Nam ſpiratio neceſſarium ſignū, vitæ eſt. Sic etiam affir. valet argumentum:

Spirat, Ergo, viuit.

Q. An filij Roſcij accuſati interfecerint patrem?

Argumentum ſumitur à ſigno negatiuè:

Filij inuenti ſunt dormientes cum interfecto patre in eodem cubiculo.

Ergo, Filij accuſati non interfecerunt patrem.

Q. An dies nouiſſimus appropinquet?

An

Argumentum ſumitur à ſignis, hoc modo:
Facta ſunt & fiunt quotidie ſigna nouiſſimi diei prædicta à Chriſto.
Ergo, dies nouiſſimus appropinquat.

Iudicium Salomonis ſapientiſſimum ex hoc loco ſignorum ſumptum eſt. Litigabant de infante duæ mulieres, quæſtio erat, quæ nam mater infantis eſſet. Salomon ita argumentum inquiſiuit, vt iuberet infantem diuidi, qua ſententia altera mulierum fuit contenta, altera ſentiens maternum affectum in corde maluit vt infans totus alteri mulieri traderetur.

Hinc Salomon ita collegit. Hæc mulier eſt contenta vt infans ſecetur in duas partes.
Ergo, Ipſa non eſt mater infantis.
Illa mulier non vult, vt infans diuidatur, ſed mauult, vt alteri integer tradatur.
Ergo, Illa mulier eſt mater infantis.

Et ratio conſequentiæ, quia in illa muliere eſt materna στοργὴ, *quæ eſt ſignum euidens, quod illa ſit mater.*

Q. An hoc anno ſecuturæ ſint pœnæ & calamitates?

Argumentum à ſigno tale fiat:
Vidimus Cometam.
Ergo, Certò ſequentur calamitates, niſi Deus illas auertat.

Hoc exemplum admonet, non ſemper ab

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

iiſdem ſignis poſſe ſumi affirmatiua & negatiua argumenta, quia negatiuè non valet:

Præterito anno non fulſit Cometa.

Ergo, Tunc nullæ calamitates acciderũt.

Sit itaq; ille, qui argumentatur à ſignis, circumſpectus, & adhibeat iudicium.

ALIVD.

Argumentum Magorum ſumptum eſt à ſigno, Matth. 2.

Vidimus ſtellam noui Regis Iudæorum in Oriente.

Ergo, Natus eſt nouus Rex.

REGVLA II.

A ſignis non neceſſarijs plærumq; valet argumentum, præſertim cum multa concurrunt, ſicut Ouidius dicit: Sed quæ non proſunt ſingula multa iuuant. Attamen ſigna non neceſſaria, ſæpè etiam fallunt. Itaq; non gignunt argumenta neceſſaria, ſed probabilia tantum, ſeu præſumptiones veriſimiles & coniecturas. Vt:

Boreæ ſpirant.

Ergo, Erit ſerenitas.

Stellarum poſitus denunciat humidam tempeſtatem.

Ergo, Pluet.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Q. An Verres ſit furatus?

Argumentum à ſigno faciens veriſimilem præſumptionem.

Verres ſubitò factus eſt diues.

Ergo, Verres eſt furatus.

Q. Vtrum Milo ſit inſidiatus Clodio, aut Clodius inſidiatus ſit Miloni?

Argumentum à ſigno affirmatiuè & negatiuè gignens fortiſſimam præſumptionem, quæ etſi non eſt demonſtratio, neceſſario tamen vincit etiam ſemiplenam probationem, hoc modo:

Milo fuit inermis ſine ſatellitio, ſedens cum vxore in Rheda.

Ergo, Ille non eſt inſidiatus Clodio.

Hoc affirmatiuum argumentum forte eſt, & non differt à neceſſaria demonſtratione, Sed negatium non tam eſt forte,

Clodius fuit armatus, & habuit armatos ſatellites.

Ergo, Ille eſt inſidiatus Miloni.

Potuit enim obijci Clodium propter aliam cauſam fuiſſe armatum in itinere, ſed tamen eſt fortiſſima præſumptio in argumento.

ADMONITIO.

Medicorum iudicia de morbis ex ſignis ſumuntur, Vt, Hic ſentit latus circa coſtas pungi, & accedit difficultas anhelitus cum febri.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Ergo, Laborat Pleuritide.

Aſtrologica iudicia ex ſignis ſumuntur, ſicut etiam in tota vita multa iudicia ſumuntur ex ſignis, ſed homo prudens debet prudenter diſcernere inter ſigna, ne facile ſuſpitionibus decipiatur.

ADMONITIO II.

Huc pertinet etiam Iureconſultorum locus à præſumptionibus, ſeu à veriſimili, ſeu à coniectura, de quo loco antea quoq; dictum eſt, in loco de communiter accidentibus. Nam ſigna etiam præſumptiones & probationes veriſimiles gignunt.

Inſigne exemplum argumentandi à ſignis ſeu à præſumptione & coniectura extat apud Ciceronem in Oratione pro Ligario, & citatur ff. de origine Iuris L. 2. Quid Tubero tuus ille deſtrictus in acie Pharſalica agebat? cuius latus ille mucro petebat? qui ſenſus erat armorũ tuorum? quæ tua mens, oculi, manus, ardor animi? quid cupiebas? quid optabas? Qua probandi vehementia ſcribunt Iulium Cæſarem adeò commotum fuiſſe, vt ſententiam damnandi Ligarium, quam manu tenebat, ſtatim abijceret. Simile eſt argumentum Ciceronis de Fannio Chærea à ſignis ſumptum: Nonne ipſum caput, & ſupercilia illa penitus abraſa olere malitiam

malitiam & clamitare calliditatem videntur? Nonne ab infirmis vnguibus vſq; ad ſummum verticem, ſi quam coniecturam affert hominibus tacita corporis figura, ex fraude, fallacijs, mendacijs conſtare totus videtur.

Apud Demoſthenem περὶ ςεφάνȣ etiam extat inſigne exemplum. Hoc maxime miratus ſum, quod Æſchines in narratione cladis patriæ, ne ſignificatione quidem beneuoli & iuſti ciuis oſtendit, vel lachrimis, vel gemitu, vel ſublimi voce alacris, & lætus iubilans, cum quidem putaret ſe contra me dicere ſemetipſum patefecit, oſtendens ſe in calamitate patriæ non affici communi dolore.

Argumentum tale eſt.

Æſchines narrauit cladem patriæ lætus & alacer, ſine lachrimis & gemitu.

Ergo, Æſchines eſt hoſtis patriæ, qui non afficitur communi calamitate.

LOCVS AB EXEMPLIS.

Locus ab exemplis cognatus eſt loco ſimilium. Exempla enim vocantur facta ſimilia, de quibus propter ſimilitudinem idem iudicatur. Talia exempla iubet hic locus pro argumentis inquiri.

REGVLA LOCI.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

De ſimilibus idem eſt iudicium.

Q. An pij Principes debeant abolere impios cultus & deſtruere idola?

Argumentum ſit exemplum quæſtionis, videlicet Ezechiæ factum, hoc modo:

Pius rex Ezechias aboleuit impios cultus, & deſtruxit idola.

Ergo, Pij Principis eſt abolere impios cultus, & deſtruere idola.

Q. An principes debeant abolere impios cultus, & deſtruere idola?

Ezechias idola deſtruit. Ergo &c.

Q. An fide ſimus iuſti coram Deo?

Paulus pro argumento vtitur exemplo quæſtionis hoc modo:

Abraham credidit Deo, & reputatum eſt ei ad Iuſticiam.

Ergo, Credentibus imputatur fides ad Iuſticiam.

Q. An Deus parcet peccatoribus non agentibus pœnitentiam?

Argumentum ſumunt Petrus & Paulus ab exemplis, hoc modo:

Deus non pepercit angelis peccatoribus, & non pepercit Iudæis peccatoribus.

Ergo, Nec nunc peccatoribus non agentibus pœnitentim parcet.

Hoc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Hoc exemplum oſtendit, pertinere ad hunc locum obſeruationem & accommodationem exemplorum in lectione ſacra.

Q. An Chriſtianis liceat gerere bella?

Argumentum ſint exempla quæſtionis, hoc modo:

Ioſuæ, Gedeon, Dauid, geſſerunt bella.

Ergo, Chriſtianis licet gerere bella.

Q. An Chriſtianus debeat obtemperare Magiſtratui rem impiam mandanti?

Argumentum ſint exempla ſanctorum negatiuè, hoc modo:

Daniel & ſocij eius, Eleazer, Apoſtoli, noluerunt obtemperare magiſtratibus res impias præcipientibus, & rectè fecerunt.

Ergo, Chriſtianus non obtemperans magiſtratui rem impiam præcipienti, rectè facit.

ADMONITIO.

In tertio libro aliquæ regulæ de argumentatione ab exemplo traditæ ſunt, quæ in hoc loco repeti debent. Eſt autem vniuerſalis regula de ſolutione vitioſæ argumentationis ab exemplo, Cùm in exemplo eſt ratio diſsimilis, non valet conſequentia. Ideo dici ſolet: Duo cum faciunt idem, non eſt idem, vt non valet.

Abra-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Regulam præmiſſam (cum in exemplo est ratio diſsimilis etc) clarius Strigelius exponit: Non tantum exempla ait sed etiam rationes exemplorum consideranda sunt. Dicta enim et facta ex caussis dijudicentur quod et Cicero in Philipp. 9 Non tantum exempla maiorum quaerenda: sed consilium quoque est, a quo ipsa exempla nata sunt, explicandum.

Abraham rectè fecit volens immolare filium.

Ergo, Agamemnon rectè fecit mactans filiam.

Neganda eſt conſequentia, quia in exemplo eſt ratio diſsimilis, nam Abraham habuit ſingulare mandatum diuinum, quod Agamemnon non habuit: Duo itaq;, etſi videntur facere idem, non tamen eſt idem.

Sic non valet.

Iacob perſoluit votum ſuum.

Ergo, Etiam Iephte debuit perſoluere votum ſuum.

Nego conſequentiam, Nam Iacobi votum de decimis conferendis ad miniſterium Eccleſiæ eſt pium & conſentit cum lege Dei: Iephte votum eſt ſtultum de immolatione eius, quod primo occurreret, & quia filia primo occurrit, Ideo perſolutio voti eſt impia, pugnans cum lege Dei: Non occides.

Sic non valet:

Petrus Apoſtolus occidit Ananiam mentientem.

Ergo, Licet Paſtori Eccleſiæ occidere peccatores.

Nego conſequentiam, in modo diſsimili, Si Paſtor gladio, vel vi velit peccatores oc-

Augustinus de Civitate Dei Cap: 23 non modo quærimus utrum sit factum sed utrum fuerit faciendum: Multi homines

cidere, Petrus enim non vi, ſed verbo Ananiam interfecit.

ADMONITIO II.

Demoſthenis regula eſt, Non eſt dicendum: Idem factum eſt, ſed quærendum eſt, an rectè factum ſit. impudens enim oratio eſt dicere, ſic factum eſſe, non enim ſi quid contra leges factum eſt, id imitari licet. Et conſentit vſitata regula: Non exemplis, ſed legibus iudicandum eſt. Item, Exemplum non eſt lex, Vt non valet:

David filio Saulis Mephiboſeth iniuriam fecit.

Ergo, Licet regibus facere ſubditis iniuriam. no quod factum sit sed an recte factum sit quærendum est

Item:

Abraham & Iacob habuerunt plures vxores ſimul.

Ergo, licet Chriſtianis plures vxores ſimul habere.

Nego conſequentiam in vtraq;, iuxta regulam: Non exemplis, ſed legibus iudicandum eſt, & tunc argumentum ab exemplis valet, quando cum lege conſentit, non valet cùm exemplum cum lege pugnet.

ADMONITIO III.

Ad locum exemplorum pertinet etiam lo-

cus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

cus à conſuetudine, quia conſuetudo multis exemplis inueteratis conſtat. De conſuetudine itaq; teneatur regula: Conſuetudo non patrocinatur errori, hoc eſt, Argumentum à mala conſuetudine ſumptum non valet. Vt:

Conſuetudo Germanorum eſt, vt ebrietati ſint dediti.

Ergo, Ebrietas non eſt vitium, ſeu ergo ebrius non peccat.

Nego conſequentiam, quia conſuetudo non patrocinatur peccato.

ADMONITIO IIII.

Ad locum exemplorum pertinent etiam exempla ficta, vt fictiones poeticæ, fabulæ, Apologi, Et quidem totus Eſopus ad hunc locum pertinet: Omnis enim Apologus antecedens eſt, accommodatio vero ad moralem ſententiam, eſt conſequens. Vt:

Phaeton præſumens regere Solis currum, incendit cœlum, & ipſe perijt.

Ergo, Polipragmones turbant Eccleſias, & Reſpub. & tandem ſibi quoq; exitium adferunt.

Item.

Icarus volans, à Solis calore alis ſolutis, decidit in mare & ſubmerſus eſt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Ergo, Periculoſum eſt tentare aliquid extra vocationem, & ſupra vires.

Talis eſt Demoſthenis argumentatio ab Apologo:

Oues tradentes canes lupis ſunt deuoratæ à lupis.

Ergo, Reſpublicæ priuatæ cuſtodibus fidelibus facilè euertuntur ab hoſtibus.

Simile eſt illud apud Liuium. Item apud D. Paulum:

Cùm reliqua membra inuiderent ventri ocioſo alimenta, totum corpus interijt.

Ergo, Inuidentia eſt pernicies Rerumpub:

ADMONITIO V.

Allegoriæ etiam pertinent ad locum exemplorum, quia ſunt imagines rerum ſimilium.

REGVLA DE ALLEGORIJS.

Allegoriæ non faciunt firma argumenta, ſed alia argumenta exornant, atq; illuſtrant. Ideoq; magis ad Rhetoricam quam ad Dialecticam pertinent.

II. REGVLA.

Allegoriæ in doctrina & diſputationibus ſacris tunc gignunt fortia argumenta, quando

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

earum poſitio concordat cum aliquo manifeſt[o] loco ſcripturæ, aut cum articulo fidei, Vt Paulus ad Galatas 4. ab allegorica ſignification[e] argumentatur.

Iſmæl, filius Abrahæ natus ex Agar an- cilla, non factus eſt hæres Abrahæ.

Ergo, Lex non facit hæredes Dei ſeu re- gni cœleſtis.

Item.

Iſaac filius Abrahæ, natus ex Sara libera ſecundum promiſſionem, factus eſt hæ- res Abrahæ.

Ergo, Credentes in promiſſionem datam Eccleſiæ, fiunt hæredes Dei & regn[i] cœleſtis.

Item.

Iſmael irriſor Iſaaci eiectus eſt è domo A- brahæ.

Ergo, Hoſtes & perſecutores eijciuntur e regno Dei.

Tale eſt illud.

Daniel inter leones ſeruatus eſt.

Ergo, Defendet Deus aliquos pios docto- res inter Tyrannos.

LOCVS AB AVTHORI- tate.

Hunc

Ad locum hunc Testimoniorum pertinent Leges, proverbia Dicta sapientum, ut christi Apostolorum prophetarum

Hunc locum vocat Rodolphus locum à pronunciatis, & comprehendit illa voce authoritatis & teſtimoniorum locos. Sunt enim loci cognati, & quaſi vnus locus. Porro locus ab authoritate iubet inquiri authoritatem ſeu ipſum authorem pro argumento probationis. Cùm enim autor eſt probatus autenticus, tunc ſententia autoritatem habet, & fides ei adhibetur iuxta regulam: Cuilibet artifici in ſua arte credendum eſt.

Sciendum eſt autem duplicem eſſe authoritatem. Alia enim eſt diuina, alia humana, Sic duplicia ſunt pronunciata diuina & humana. Diuina pronunciata ſunt ſententiæ & authoritates ſacræ ſcripturæ.

REGVLA DE AVTHORItate diuina.

Diuina authoritas eſt immutabiliter vera & certa, iuxta dicta: Verbum Domini manet in æternum. Item, Spiritus ſanctus ducet vos in omnem veritatem. Item, Spiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti Dei homines. Item, Si quis manſerit in ſermone meo, cognoſcet veritatem. Item, Sermo tuus veritas eſt. Item, Non eſt poßibile apud Deum omne verbum. Itaq; ab authoritate diuina ducuntur argumenta affirmatiuè & negatiuè.

Ciceronis Virgilii item Obligationes iusiurandia Confessiones item Rumores quaestiones: Tormenta Testes. Experientia Fama Huius Tota Theologia omnium patriarchar prophetarum et apostolorum scripta et dicta

Definitio Andreae Hyperii: pronunciata sunt quae ab aliquo vel aliquibus, judicio et autoritate praeditis graviter sunt dicta

Usus: Ad destruendum vel astruendum seu ad confirmandum vel negandum aliquid adhiberi possunt

Dicitur locus a testimoniis sive ab authoritate

pronunciata sunt vel divina vel Humana

Ii

Divina sunt quae ab ipso Deo vel ab hominibus spiritu Dei afflatis sunt edita. Cuiusmodi sunt prophetarum et apostolorum scripta universa item veteri constituta in Concilia sacra et pia dicta Episcoporum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Q. An ſit reſurrectio mortuorum futura?
Argumentum ſit authoritas diuina.
Sacra ſcriptura affirmat futuram eſſe reſurrectionem mortuorum.
Ergo, Certò eſt futura reſurrectio mortuorum.

VEL.

Chriſtus, Prophetæ & Apoſtoli teſtantur futuram eſſe reſurrectionem mortuorum.
Ergo, Certò futura eſt reſurrectio mortuorum.

Talia argumenta ab authoritate diuina vincunt omnes alias demonſtrationes, & ſunt firmiſſimæ demonſtrationes fidei noſtræ in omnibus articulis & tota doctrina Chriſtiana.

ALIVD.

Q. An fide iuſtificemur?
Argumentum authoritas diuina.
Moyſes, Prophetæ, Chriſtus & Apoſtoli vno ore affirmant, nos fide iuſtificari coram Deo, & accipere vitam æternam.
Ergo, Certum eſt, nos fide iuſtificari coram Deo, & accipere vitam æternam.

Ad explicationem huius argumenti poſtea adduntur teſtimonia, ſeu ipſa pronunciata. Vt,

Moy-

Moyſes teſtimonium eſt: Credidit Abraham Deo &c. Prophetæ Abacuc: Iuſtus fide ſua viuet, Teſtimonium Eſaiæ & alorum Prophetarum ſimile eſt. Chriſti teſtimonium eſt: Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret, vt omnis, qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternam. Et teſtimonia ſimilia multa, Apoſtoli Pauli teſtimonium eſt:

Arbitramur iuſtificari hominem fide ſine operibus Legis, & alia multa &c.

Ergo, Fide iuſtificamur coram Deo, & accipimus vitam æternam.

Petrus eodem modo ab authoritate argumentatur, Actorum 4:

Huic ſcilicet Chriſto Ieſu teſtimonium perhibent omnes Prophetæ, quod remiſsionem peccatorum, accipiant per nomen ipſius, omnes, qui credunt in ipſum.

Ergo, Credentes in Ieſum Chriſtum, accipiunt remiſsionem peccatorum.

Q. An opera legis iuſtificent?

Argumentum ſumatur ab authoritate diuina, hoc modo:

Paulus Apoſtolus expreſſè dicit, Iuſtificari nos ſine operibus legis.

Ergo, Non iuſtificamur per opera.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Item.

Paulus expreſsè dicit ad Galat. 2. Si ex lege eſt iuſticia, ergo Chriſtus fruſtra mortuus eſt.

Ergo, Non iuſtificamur per opera.

Q. An mundus ſit creatus ex nihilo?

Argumentum ſit authoritas diuina, hoc modo:

Moyſes ſcribit mundum eſſe creatum ex nihilo.

Ergo, mundus creatus eſt ex nihilo.

Q. An mundus ſit æternus?

Argumentum ſit authoritas diuina.

Moyſes dicit, mundum non eſſe æternum, ſed conditum eſſe in principio.

Ergo, Mundus non eſt æternus.

Q. An infantes ſint baptizandi?

Argumentum ſit authoritas diuina.

Filius Dei Ieſus Chriſtus mandauit Baptizari infantes.

Ergo, Infantes ſunt baptizandi.

Q. An doctrina noſtra ſit vera, quod in Sacramento Euchariſtiæ ſit verum corpus, & verus ſanguis Ieſu Chriſti?

Argumentum ſit authoritas diuina:

Chriſtus dicit: Accipite, Comedite, hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

tur: Bibite ex hoc omnes, hic calix eſt nouum teſtamentum in meo ſanguine, qui pro vobis effunditur in remiſsionem peccatorum.

Ergo, Certum eſt quod noſtra doctrina ſit vera, eſſe in Sacramento Euchariſtiæ verum corpus, & verum ſanguinem Ieſu Chriſti.

Et ratio conſequentiæ eſt: Non eſt impoſſibile apud Deum omne verbum. Item, Si quis manſerit in ſermone meo, cognoſcet veritatem. Item, Ipſe dixit & facta ſunt. Item, Non eſt inuentus in ore eius dolus &c.

Q. An Angeli & ſancti ſint inuocandi?

Argumentum ſumatur ab authoritate diuina negatiuè, hoc modo:

Sacra ſcriptura non docet, nec præcipit angelos & ſanctos inuocandos.

Ergo, Angeli & ſancti non ſunt inuocandi.

Item.

Sacra ſcriptura docet inuocationem eſſe ſolius Dei cultum.

Ergo, Angeli & ſancti non ſunt inuocandi.

Q. An ſit purgatorium animarum poſt mortem?

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Argumentum ſumatur ab authoritate diuina negatiuè, hoc modo:

Scriptura non docet, quod ſit purgatorium animarum poſt mortem, ſed tantum teſtatur de duobus locis, videlicet cœlo & inferno.

Ergo, Non eſt purgatorium animarum poſt mortem, vt docent falſò Papiſtæ.

Ratio conſequentiæ eſt in regula: Spiritus ſanctus ducet vos in omnem veritatem.

Ramus a Testimonio Humano

AB AVTHORITATE HVMANA, regulæ.

REGVLA I.

Artifici in ſua arte credendum eſt.

II. REGVLA.

Ab authoritate humana ſumuntur tantum argumenta affirmatiua & non negatiua, quia etiam artifices multa ignorant, aut etiam non mandauerunt literis. Itaq; ſciendum eſt, quod argumenta ab authoritate humana ſumpta, non ſunt demonſtrationes, ſicut illa, quæ ducuntur ab authoritate diuina, nam Pythagoricum illud, IPSE DIXIT, *ſæpiſſimè fallit, propterea, quod etiam doctiſſimi & ſapientiſſimi ſæ-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

ſimi, ſæpè errant, ſicut dicitur: Sæpè bonus dormitat Homerus.

Q. An ſint tria principia, materia, forma & priuatio?

Argumentum ab authoritate humana ſumatur, hoc modo:

Ariſtoteles, phyſicorum princeps, dicit eſſe tria principia.

Ergo, Sunt tria principia.

Q. An terræmotus fiat per halitus incluſos in cauernis terræ, & nitentes erumpere?

Argumentum ab authoritate humana &c.

Ariſtoteles affirmat terræmotũ fieri per halitus incluſos in cauernis terræ & nitentes erumpere?

Ergo, Terræmotus ſic fit.

Q. An Cometa ſit vapor incenſus in aëre?

Argumentum ab authoritate humana, hoc modo:

Phyſici affirmant Cometam eſſe vaporem incenſum in aëre.

Ergo, Sic eſt.

Hæc exempla oſtendunt argumenta in artibus Phyſicis, aut ab authoritate artificum ſumptis, valere donec potior demonſtratio contraria afferatur.

5 Qualis est Testis tale est ipsius testimonium. Si testis est gravis, veritatis amans verum est ejus testimonium. Contra si testis est vanus & mendax vanum quoq; & mendax est ipsius testimonium.

Item, Quod illa ipſa argumenta requirant probationes eorum, ſicut dicit Seneca: Non quis dicat, ſed quid dicatur, attendendum eſt. Refutantur autem argumenta ab humana authoritate, quando opponitur authoritas maior, vtpote diuina, aut alia authoritas humana, cum fortiore demonſtratione contraria, vt non valet: Ariſtoteles dicit mundum eſſe æternum.

Ergo, Mundus eſt æternus.

Quia opponitur maior authoritas ſacræ, ſcripturæ.

Sic etiam in Phyſica non valent hæc argumenta:

Epicurus dicit voluptatem eſſe finem hominis.

Academici dicunt omnia eſſe incerta.

Ergo hæc ita ſunt, Quia etiam in Phyſica opponitur contraria authoritas aliorum Phyſicorum cum fortioribus demonſtrationibus ſeu rationibus.

Cicero primo de natura deorum non tam autores in disputando, quam rationis momenta quaerenda esse. & Socrates in Gorgia platonis palam, de beata vita disputant, & autoritatis testium maximam utentem admonet, veritatem in disputando non ex teste aliquo, sed ex rationibus esse ponderandum ut ea disputandi ratio sit optima, cum unicq in caussa adversaria ratione convicta fuerit.

REGVLA III.

Argumenta ab authoritate humana non valent negatiuè, vt non valet:

Cicero non dicit ad veram virtutem requiri auxilium Spiritus ſancti.

Ergo, Non requiritur auxilium Spiritus ſancti ad veram virtutem.

Quia

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Quia Cicero doctrinam de virtutibus Chriſtianis ignorauit.

Sic in omnibus artibus non valent argumenta negatiua ab authoritate humana. Quia poſteriores artifices ſæpè multa inueniunt, iuxta dictum: Dies diem docet.

ADMONITIO.

Authoritas Eccleſiæ, Synodorum & Doctorum tunc valet, quando cõſentit cum Verbo Dei. Nam Eccleſia ad Verbum alligata eſt, & Conciliorum et Doctorũ authoritas ex ſcripturarum authoritate pendet. Itaq; non valent argumenta ab authoritate Synodorũ & Doctorum Eccleſiæ, ſi repugnet ſacra ſcriptura. Vt, non valet:

Aliquæ Synodi prohibuerunt coniugium Sacerdotum, & eſum carnium.

Ergo. Hæ prohibitiones debent valere.

Non valet conſequentia, quia pugnat argumentum cum ſacra ſcriptura, & quidem Apoſtolus dicit: Eas prohibitiones eſſe doctrinas Dæmoniorum.

Sic non valet:

Conſtantienſis Synodus decreuit Laicis non dandum eſſe calicem Chriſti.

Ergo, Laicis non dandus eſt calix.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Non valet conſequentia, quia repugnat authoritas filij Dei, ſacræ ſcripturæ, & primitiuæ Eccleſiæ.

Sic non valet:

Synodus Tridentina decreuit dubitandum eſſe de gratia Dei.

Ergo, Dubitandum eſt. Item.

Gregorius dixit: Eſſe purgatorium.

Ergo, Eſt.

Talia argumenta non valent. Atq́ obſeruetur dictū Auguſtini ad Caſulanum: Nullorū ſcripta ita magnifacio, quod contra ſentire non liceat, ſi ſentient aliter quàm veritas. Et in Iure Canonico diſtinct: 9. c. noli frater. Ex dictis Epiſcoporum aut patrum non ſunt colligenda teſtimonia contra mandata diuina.

Et Diſtinct: eadem c. negare. Quis neſciat ſanctam ſcripturam, tam veteris quàm noui Teſtamenti omnibus Epiſcoporum literis anteponendam eſſe. Sic etiam conſuetudo Eccleſiæ non valet, ſi cum verbo Dei pugnat. Vt diſtinctione 8. Cap. Mala conſuetudo, apertè dicitur: Mala conſuetudo eſt radicitus euellenda, nam mala conſuetudo non minus quâm pernicioſa corruptela vitanda eſt, quæ niſi radicitus euellitur, in priuilegiorum ius ab impijs aſſumitur, & pro legibus habetur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

ADMONITIO II.

In Iure fortis eſt authoritas legum & ſententiarum ſupremæ poteſtatis. Itaq; illa authoritas finit omnes lites forenſes, ſicut demonſtratio finit diſputationes Philoſophicas. Ideo dicunt Iureconſulti. In negotijs definiendis non ſolum eſt neceſſaria ſcientia, ſed etiam poteſtas, quia hic honor debetur tum legibus, tum ſupremæ poteſtati, vt acquieſcatur. Sed non in cauſis religionis & fidei. Non enim valet argumentum Papiſtarum.

Imperator habet poteſtatem faciendi & interpretandi leges.

Ergo, Papa habet poteſtatem faciendi leges de Religione ſeu fide, ſeu interpretandi ſcripturam, vt finiantur controuerſiæ ſcripturæ & religionis.

Eſt enim magna diſsimilitudo, propterea quod nullus homo dominatur fidei noſtræ, & quod interpretatio ſcripturæ non eſt poteſtas ſeu ius, ſed eſt donum.

Traduntur autem hæ regulæ à Iureconſultis.

I. REGVLA.

Quando allegatur authoritas eius, cui data eſt poteſtas legis condendæ, tunc argumentum

ab authoritate valet, Vt cum allegatur authoritas Imperatoris, aut Iureconſulti in corpore eius allegati, vt ſic dicit Iuſtinianus, aut ſic dicit Celſus in hac & ille lege. Ergo ita eſt.

II. REGVLA.

Poſt textum legum maxima eſt authoritas gloſſæ communis opinionis, quæ vim habet conſuetudinis, & deinde doctorum probatorum, ſed argumenta hinc ducta infringi poſſunt, aut per textum legis contrarium, aut per rationem contrarium neceſſariò concludentem.

III. REGVLA.

Quando gloſſa ſeu doctores recitant multas opiniones, & nullam expreſſè eligunt, tunc iudicantur poſtremam opinionem approbare.

IIII. REGVLA.

Cùm doctorum opiniones diſſentiunt, præfertur antiquorum authoritas, niſi apertus textus, aut manifeſta ſeu euidens ratio repugnat.

LOCVS A TESTIMONIIS.

Teſtimoniorum locus iubet inquiri teſtimonia pro argumēto probationis aut refutationis. Dixi autem Rodolphum hunc locum cum præce-

præcedente vno titulo, pronunciatorum comprehendere, & quod ſicut duplex eſt authoritas, ita etiam duplicia ſint pronunciata & teſtimonia.

Diuina teſtimonia ſunt quæ ex ſacra ſcriptura ſumuntur, eorum inuiolabilis eſt certitudo. Vt Paulus allegat teſtimonia Prophetarũ ad probandum doctrinam de Iuſtificatione fidei & tota Theologica doctrina in teſtimoniorum noticia, & allegoria recta conſiſtit, ſicut doctrina Iuris in ſcientia & recta citatione legum.

Teſtimonia humana, ſunt teſtimonia artificum de ſua arte, aut inſignes ſententiæ doctorum.

Horum ſunt ſeptem ſpecies, Prima eſt γνώμη ſeu ſententia moralis, Vt, labor improbus omnia vincit.

Ergo, Nulla ars tam difficilis eſt, quæ labore & diligentia non poſſit diſci.

Secunda ſpecies ἀξιώματα, id eſt, ſententiæ fide dignæ, quæ propter certitudinem & euidentiam non habent opus demonſtratione. Huc pertinent principia nobiſcum nata ſeu κοῖναι ἔννοιαι. Vt.

Omnes homines iudicant eſſe Deum.

Item.

Sen-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Sententia naturalis ſeu ἀξιώματα artium, vt in Geometria.

Totum eſt maius qualibet parte.

Ergo, Tota linea eſt maior parte lineæ.

In Phyſica.

Contraria contrarijs curantur.

Ergo, Morbi calidi curantur frigidis remedijs.

Tertia ſpecies, Prouerbium, Vt:

Phryx plagis acceptis fit melior.

Igitur damna augent prudentiam.

Quarta ſpecies χρεῖα, id eſt breuiſſima expoſitio alicuius facti aut dicti cum authoris nomine citato: Vt apud Cice: 3. Officiorum.

Scipio dicere ſolitus eſt, ſe nunquam minus eſſe ocioſum, quàm cum eſt ocioſus.

Ergo, Magni viri aliquid in ocio agere debent.

Huc referuntur etiam apophtegmata, id eſt, illuſtrium virorum ſcitè dicta, Vt Philippides Comicus regi Lyſimacho charus, cùm ab eo interrogatus eſſet, quam omnium fortunarum regiarum partem peteret ſecum communicari? Reſpondit, licet ô Rex participem me facias quorumcunq; volueris, modò ne ſecreti alicuius, aut arcani conſilij conſcium me facias.

Ergo,

Ergo, Periculoſum eſt arcana conſilia regum ſcire.

Quinta ſpecies Enthimema, id eſt, ſententia ex contrarijs conſtans, Vt:

Nulla ſalus bello.

Ergo, Pacem te poſcimus omnes.

Sexta ſpecies ἄινος *ſeu ſententia ex apologo ſumpta, qualia ſunt allegoriæ, concluſiones morales apologorum, vt vulpes leoni ita ſe excuſat, quod non accederet ad aulam, quia inquit me veſtigia terrent. Omnia te aduerſum ſpectantia, nulla retrorſum.*

Ergo, In aulis tyrannorum eſt periculoſa conuerſatio.

Item, Cùm membra reliqua ventri negarent victum præ fame totum corpus perijt.

Igitur niſi ſint in politijs mutuæ operæ, non poſſunt conſtare politiæ.

Septima ſpecies: Ad ſeptimam ſpeciem referimus omnes alias ſententias, quæ pro teſtimonijs citantur, Valent autem, vt ante dictũ eſt, argumenta à teſtimonijs humanis, ſicut ab authoritate humana tantum affirmatiuè, & non negatiuè.

ADMONITIO.

Ad locum teſtimonium pertinent etiam probationes in artificiales, de quibus Rhetores

&

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

& Iureconſulti præcipiunt, vt Præiudicium, rumor, tormenta, tabulæ, iuſiurandum, teſtes.

DE COMPARATIONE.

Loci ſeu admonitionis de comporatione vſus eſt, quando de eadem re, dubitatio ſeu deliberatio eſt, & contraria argumenta, quibus animus in diuerſas partes rapitur, offeruntur. Tunc enim monet locus de comparatione, ſententiarum diuerſarum probationes conferendas eſſe, & illam eſſe præferendam, quæ firmioribus argumentis probari poteſt. Itaq; non ad locos argumentorum pertinet, ſed potius quædam eſt admonitio locis addita: Non enim hic docetur, quomodo ſint inuenienda argumenta, ſed quæ ſententia in diſputationibus præferenda ſit collatis argumentis, Vt apud Phyſicos ſunt tres ſententiæ de Iride. Alij dicunt Iridem fieri reflexis radijs Solis, ex nube leui in aliam vicinam. Alij dicunt fieri Iridem, ex refractione radiorum Solis à nube in oculis. Alij fieri putant per reflexionem radiorum viſus à re leui ad corpus lucidum. Sic de Terræmotu ſunt diuerſæ opiniones. Alij ponunt cauſam aquam. Alij ventos ſeu halitus. Ita de Cometa. Alij ſentiunt quod ſit ſtella. Alij quod ſit vapor incenſus. Monet autem hic locus ſiue admonitio,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

tio de comparatione, diuerſarum opinionum argumenta conferenda eſſe, & illam ſententiam præferendam, quæ firmioribus & melioribus rationibus nititur. In conſultationibus Ethicis, Politicis, Forenſibus, maximus eſt huius admonitionis vſus. Nam poſtquam actor & reus litigauerunt adductis vtrinq; argumentis, Iudex ea argumenta conferre debet, & conſiderare vtrius partis probationes ſeu rationes ſint veriores & firmiores.

I. REGVLA.

Inuenta ſeu animaduerſa demonſtratione in ſpeculabilibus, aut practicis, manifeſtum eſt reijciendam eſſe contrariam imaginationem, ne dubitatio maneat. Vt cum ſcit Curius reuerà Catilinam moliri ſeditionem, ſtatuit iam ſine dubitatione, fugiendam eſſe eius amicitiam.

II. REGVLA.

In ſpeculabilibus ambiguis, cum duo veriſimilia proponuntur, quæritur vtrum ſit veriſimilius? Vt cum de Iride quæritur, quæ ſit cauſa arcus? vel cum de terræmotu quæritur, quæ ſit cauſa motus?

III. REGVLA.

In Practicis ſeu Moralibus, comparatio fit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

de electione, videlicet quidnam pluribus propoſitis, ſit magis eligendum? Sciatur autem electionem ſeu dijudicationem ex veris fontibus ſumendam eſſe, & ſit in conſpectu Chriſtianis Regula ſeu admonitio à Deo præſcripta, Ioſuæ 1. Non recedendum eſſe à lege Dei, ad dexteram vel ad ſiniſtram, quia ſic dirigitur via noſtra, vt intelligamus eam.

DE DISTINCTIONIBVS.

Poſt locorum tractationem, additur admonitio de diſtinctionibus. Neceſſe eſt enim non ſolum in artibus, ſed in tota rerum natura res à ſe inuicem diſtingui, Alioqui enim nullus eſſet ordo rerum, ſed quædam confuſio & indiſtinctum chaos. Atq; eam ob cauſam indita eſt homini numerorum noticia, vt res numerando diſtinguantur. Nam quæ non ſunt diſtincta, numerari non poſſunt. Vt ſi omnia eſſent in vnum chaos confuſa, nullus eſſet numerus rerum, quia nulla eſſet rerum diſtinctio. De hac itaq; re admonent Dialectici in capite de diſtinctionibus, cuius hæc eſt ſumma: Quicquid eſt, vnum & diuerſum eſt, h.e. diſtinctum ab alijs. Vtimur autem in Philoſophia præcipuè his duobus nominibus diſtinctionum. Alia eſt diſtinctio Realis, alia Rationis.

Diſtin-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Diſtinctio REALIS *eſt rerum diuerſitas, non imaginatione tantum facta, nec à voluntate tantum noſtra inſtituta, ſed quarum naturæ ſunt aliæ.*

REGVLA I.

Realiter diſtinguuntur omnia, quæ ſeparari poſſunt, vt aqua à frigore diſtinguitur realiter. quia aqua poteſt amittere frigus. Anima diſtinguitur realiter à virtute & vitio, quia has res amittere poteſt.

REGVLA. II.

Diſtinguuntur realiter quæ ſunt in diuerſis prædicamentis. Etſi enim vſitato naturæ ordine non fit ſeparatio omnium accidentium, in ſingulis ſubiectis: tamen aliud eſt ſubſtantia, aliud accidens. Vt calor non ſeparatur ab igni, at ſeparatur ab aqua. Hoc exemplo commonefacti, deprehendimus: aliud eſſe ſubſtantiam, aliud accidens, & quia ignis ponitur in prædicamento ſubſtantiæ, calor in prædicamento qualitatis: ideo dicimus realiter diſtingui.

REGVLA. III.

Quæ ſubiectis diſtinguuntur, realiter diſtinguuntur. Vt opinio & affectus, Nam opinio ſeu noticia eſt in parte cognoſcente. Affectus vero in corde.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Diſtinctio RATIONIS *eſt, cum cogitatiõ aut voluntas facit diſcrimẽ in re vera et eadẽ, vt Maximilianus, eſt Imp. Rom: et eſt rex Bohemiæ, & eſt Rex Vngariæ, & eſt Archidux Auſtriæ, attamen eſt tantum vna perſona. Ita Aer dicitur ſuperior, reſpectu terræ, & inferior, reſpectu Lunæ, & eſt vnum tantum Elementum. Ita vna & eadem mens, aliàs dicitur ſpeculatiua, aliàs practica, quia circa diuerſas materias verſatur. Vna & eadem anima eſt ſubſtantia, intelligens & appetens, ſed actiones ipſæ realiter differunt, quia noticia exiſtere poteſt ſine electione aut mutata electione. Nouit Cicero Clodium, & aliàs diligit, aliàs odit eum. Differunt igitur realiter noticia & electio voluntaria. Ac in infinitum vagatur diſtinctio Rationis.*

Eadem pugna Dauidis eſt opus Politicum & cultus Dei, quia voluntas refert eã ad defenſionem ciuium & illuſtrandam gloriam Dei. Ita vocamus diſtinctionem Rationis, cum noſtra cogitatio aut voluntas vnicæ actioni plures fines attribuit, vt vnicæ rei quaſi plures perſonas induit, vt idem Roſcius aliàs eſt Palamedes, aliàs Vlyſſes.

ADMONITIO.

In

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

*In Eccleſia additur ad hæc duo nomina di-
ſtinctionum aliud tertium, ſcilicet, diſtinctio
eſſentialis, quæ in creaturis nihil differt à Rea-
li. Plato & Ariſtoteles diſtinguuntur Realiter
& Eſſentialiter, quia in creaturis una eſt di-
ſtinctio Realis & eſſentialis. Sed in Diuinitate
ſeu perſonis Diuinitatis differunt diſtinctio Eſ-
ſentialis & Realis. Nam perſonæ Diuinitatis
non diſtinguuntur Eſſentialiter, quia una &
indiſtincta & indiuiſa eſt triū perſonarum Eſ-
ſentia,* ὀυσία *& Diuinitas. Sed perſonæ Tri-
nitatis, Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, di-
ſtinguuntur Realiter, quia ſunt tres diſtinctæ
perſonæ ſeu Hypoſtaſes. Pater non eſt Perſona
Filij, Filius non eſt perſona Patris, neq; Spiri-
tus ſanctus eſt perſona Patris & Filij: Sed Pa-
ter eſt perſona prima, Filius eſt perſona ſe-
cunda, Spiritus ſanctus eſt perſo-
na tertia, ſine con-
fuſione.*

FINIS QVARTI LIBRI
DIALECTICES.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

LIBER QVINTVS

DIALECTICES, DE RATIOne ſoluendi Argumenta, & de fallacijs.

QVintus liber Dialecticæ continet rationem reſpondendi ad argumenta oppoſita ſeu ſoluendi argumenta. Cùm enim omnis diſputatio ſit inter partes diuerſas, quarum altera ſententiam Affirmatiuam, altera Negatiuam defendit. Idcirco manifeſtum eſt non tantum doctrinam, de argumentorum conſtructione, ſed etiam de oppoſitorum ſolutione, ad diſputationem eſſe neceſſariam. Hanc ob cauſam doctrinæ de argumentorum inuentione & conſtructione additur à Dialecticis doctrina reſpõdendi ad argumenta, quæ vocatur doctrina de argumentorum ſolutione, & de fallacijs. Eſt enim ſoluere argumentum nihil aliud, quàm ad argumentum obiectum aptè reſpondere, & oſtenſo vitio ſeu fallacia illud reijcere. Quod autem in hac parte breuiores ſunt Dialectici, id ideo fit, quod illa, quæ hactenus tradita ſunt, etiam huc accommodari poſſunt. Nam qui rectè nouit argumenta conſtruere, is etiam facilè poteſt animaduertere, quando malè ſint conſtructa.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

ſtructa. Antequam autem ad ſoluendi rationes Dialecticas accedo, præmittam pauca de modis Elabendi, qui Oratoribus ſunt vſitati.

DE MODIS ELABENDI.

Cùm non ſtatim occurrit in diſputationibus vera ſolutio, tunc Modi elabendi conducunt ad dilationem, vt interim de vera ſolutione cogitetur. Apud Oratores modi elabendi quoq; alios vſus habent, de quibus præcipiunt Rhetores.

Sunt autem quinq; præcipuè Modi elabendi.

Primus modus eſt, Cùm non occurrente ex tempore ſolutione Reali, diſputatorem alia reſponſione reprimimus, quæ vocatur reſponſio ad hominem, vt cum Auguſtæ in conſeſſu principum Eccius obijceret Philippo argumentum ex Syracide capite 5. Noli ſecurus eſſe de propiciato peccato. Ergo ſemper dubitandũ eſt de gratia. Philippus ex tempore reſpondit, ſecuritatem opponi duobus ſcilicet dolori & dubitationi. In hoc dicto Syracidæ opponitur dolori. Id eſt, Semper in te maneat dolor admiſſi peccati. Eccius hac ſolutione, cuius ſententia eſt vera, fuit repreſſus.

Fuit autem tantum reſponſio ad hominem. Nam Realis ſolutio iuxta contextum eſt, quod textus ille loquatur de ſacrificijs, id eſt, non conſequeris externis ſacrificijs aut operibus, ſine fiducia Mediatoris, remiſſionem peccatorum. Sæpè litigioſis ingenijs talibus reſponſionibus ad homines ſilentium imponitur.

Secundus Modus eſt, cum opponitur aliud aduerſario, vt quantum nos ille vrget, tantum illum viciſſim vrgeamus, vt pro Cœlio, cum obiecta eſſet luxuria maior, quàm vt eam negare aut defendere poſſet. Cicero opponit aduerſario viciſſim actiones & labores, quos ſuſtinebat Cœlius, & ſpem futuræ induſtriæ. Hic Modus pertinet ad Inſtantiam, de qua poſtea dicetur. Aliud exemplum extat apud Virgilium, cùm obiecta eſſet quæſtio:

Dic quibus in terris (& eris mihi magnus Apollo)
Tres pateat cœli ſpacium non amplius vlnas?

Alter, cum non poſſet ſoluere, opponit quæſtionem æquè difficilem.

Dic quibus in terris, inſcripti nomina Regum
Naſcantur flores, & Phillida ſolus habeto.

Tertius modus eſt. Cum omiſſa re, oſtendimus qualiſcunq; ſit, non conuenire tamen aduerſarij perſonæ eam obijcere. Huius pulchra

chra exempla ſunt in Oratione Ciceronis contra Saluſtium. Item, Pro Ligario dicit, quod Tubero, accuſator Ligarij, in eadem cauſa fuerit, cuius accuſaret Ligarium, ideoq; non decere, eum vt accuſet.

Quartus Modus eſt. Cum argumentum eleuamus, id eſt, contemnimus tanquam nullius momenti, qualem totam accuſationem Cælij voluit videri Cicero, magis eſſe iurgia & rixas, diſsidentium in amore, & querelas amantium, quàm vera crimina.

Quintus Modus eſt Digreſsio. Cum videlicet omiſſo argumento, ad aliam rem digredimur, vt aduerſarius, aut iudex à propoſito abducatur, vt cum pro Cælio fuiſſet reſpondendum ad crimen veneni, Cicero digreditur ad mortem Quinti Metelli.

DE MODIS SOLVENDI vitioſa Argumenta.

Ratio ſoluendi vitioſa argumenta duplex eſt, Aut enim eſt vitium in forma, id eſt, in conſequentia, aut eſt vitium in materia, hoc eſt, in rebus ipſis,

Cum vitium eſt in forma, ſeu in conſequentia, rectiſsimum & expeditiſsimum eſt

reijcere argumentum, negatione conſequentiæ, & allegatione regulæ, cum qua pugnat. Vt:

Omnes ſcelerati affliguntur.
Iob affligitur.
Ergo, Iob eſt ſceleratus.

Reſpondendum eſt, Nego conſequentiam, Quia in ſecunda figura, ex puris affirmatiuis, nihil ſequitur. Item.

Quoddam animal eſt Leo.
Omnis aſinus eſt animal.
Ergo, Omnis aſinus eſt Leo.

Reſpondendum eſt: Nego conſequentiam, Quia in prima & ſecunda figura, maior ſemper debet eſſe vniuerſalis.

Cùm vitium eſt in Materia, ſeu in rebus, tunc triplex eſt ſoluendi via. Prima eſt inficiatio. Secunda diſtinctio. Tertia inſtantiæ oppoſitio.

DE VIA SOLVENDI PER Inficiationem.

Per Inficiationem ſoluendi via eſt, Cùm falſa propoſitio negatur, & oſtenditur falſitas ex fontibus, id eſt, ex rerum locis. Nam ideo propoſitio falſa eſt, quia aut definitio non congruit, aut cauſæ, aut effectus, quorum fit mentio, non congruunt, aut cætera, de quibus loci præci-

præcipiunt. Cùm enim loci gignant veras propoſitiones, cernitur cauſa falſitatis, cùm ad fontes reditur. Vt:

Non decet fucus Philoſophos.
Eloquentia eſt fucus & accerſitus ornatus inutilis.
Ergo, Eloquentia non decet Philoſophos,

Ad hoc argumentum Pici eſt reſpondendum per Inficiationem: Nego minorem, quia eſt mala definitio. Eloquentia enim eſt facultas, res veras, rectè & perſpicuè bono genere ſermonis exponendi. Est Elenc hic falsa Defi nitionis

ALIVD.

Qui amat Sophiſticen, odibilis eſt.
Dialectica eſt Sophiſtica,
Ergo, Amans Dialecticam eſt odibilis.

Reſpondendum eſt: Nego minorem, quia eſt mala definitio: Nam Dialectica non eſt Sophiſtica ars deludendi alios, ſed eſt ars rectè & perſpicuè docendi, & inquirendi veritatem.

ADMONITIO.

Cùm in Enthimemate falſa propoſitio omiſſa eſt, tunc negatur conſequentia, vt diſputator falſam propoſitionem producat, & probet. Idem fit in exemplo. In inductione negatur

tur illa propoſitio, quæ falſa eſt. In Sorite reſpondetur ad illam propoſitionem, in qua ponuntur voces, non neceſſariò cohærentes, ſeu in qua eſt vitium, ſed tamen plerumq; primò negatur conſequentia.

DE DISTINCTIONE.

Quando in propoſitione aliqua eſt ambiguitas, tunc diſtinguendum eſt ambiguum, & per illam diſtinctionem eſt reſpondendum ad argumentum. Quando ambiguitas ex phraſi ſeu verbis ambiguis oritur, tunc diſtinctio petenda eſt ex Grammatica. Quando verò oritur ambiguitas ex rebus, tunc diſtinctio ſumenda eſt ex illis artibus, ad quas pertinent res. Vt:

Os humanum loquitur.
In crure habes os humanum.
Ergo, Crus tuum poteſt loqui,

Reſpondendum eſt: Nego conſequentiam, propter ambiguitatem, quæ facit quatuor terminos, et oſtendenda eſt diſtinctio ambigui, videlicet eſſe diſcrimen Grammaticum inter os oris, & os oſsis.

ALIVD.

Habens longiores manus, quàm conuenit conſtitutioni corporis, eſt monſtroſus,

Reges

Reges habent longas manus.
Ergo, Reges ſunt monſtroſi,

Reſpondendum eſt, ſimpliciter nego conſequentiam, & addenda eſt diſtinctio: Ambiguæ phraſis: Habere longas manus in maiore ſignificat ſimpliciter. In minore figuratè, ſeu prouerbialiter, id eſt, habere magnam potentiam.

ALIVD.

Malum non eſt creatum à Deo.
Pomum eſt malum.
Ergo, Pomum non eſt creatum à Deo.

Reſpondetur, Similiter nego conſequentiam, & additur diſtinctio vocis ambiguæ. In Maiore eſt malum adiectiuum, & ſignificat rem malam, hoc eſt peccatum. In minore eſt ſubſtantiuum, & ſignificat pomum.

ALIVD.

Qui facit peccatum, ex Diabolo eſt.
Omnes facimus peccatum.
Ergo, Omnes ſumus ex Diabolo.

Reſpondetur, Nego conſequentiam, propter ambiguitatem, quæ facit quatuor Terminos. Deinde additur diſtinctio: Facere peccatum in maiore ſignificat peccare contra conſcientiam, In minore peccatum ſignificat lapſus, non contra conſcientiam.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

EX NON SVFFICIENte cauſa.

Sæpè ſtruuntur inſidiæ prætextu cauſarum, quæ tamen reipſa non ſunt cauſæ, aut recitatione cauſarum non ſufficientium, aut alijs modis, in quibus cauſæ non rectè accommodantur. Talium ſolutiones fiunt per Inficiationem aut Diſtinctionem. Vt Chriſtus dicit:

Condonata ſunt ei peccata multa, quia dilexit multum.

Ergo, Dilectio eſt cauſa remiſsionis peccatorum.

Reſpondendum eſt, Nego conſequentiam, quia eſt fallacia ſecundum non cauſam, vt cauſam. In dicto enim Chriſti eſt probatio à ſigno, & non à cauſa.

Item.

Nemini remittitur peccatum, niſi contrito.

Ergo, Contritio eſt cauſa remiſsionis peccatorum.

Reſpondendum eſt, Nego conſequentiam, Quia eſt fallacia ſecundum non cauſam, vt cauſam. Deinde additur diſtinctio. Antecedens loquitur de ordine, & non de cauſa, conſequens, de cauſa loquitur.

Aliud

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

ALIVD.

Deus præuidet raptum Helenæ.

Ergo, rapi Helenam neceſſe fuit.

Reſpondendum eſt ſimiliter: Nego conſequentiam, Quia eſt fallacia ſecundum non cauſam, vt cauſam. Præuiſio enim Dei nequaquã adfert neceßitatem, Sed poterat Paris omittere ſcelus. Præuidet autem Deus euentum, quia ſecuturus erat, etiamſi voluntas libera Paridis frenare ſe potuit, & ab aliena abſtinere.

DE TERTIO MODO, DE ſolutione per inſtantiam.

Soluere per Inſtantiam eſt, vrgere aduerſarium alia ſententia, Exemplo aut argumento, ita vt ſuum argumentum, quod propoſuit, tanquam infirmum & inane, relinquere cogatur. Nam per inſtantiam non ſoluitur verè argumentum oppoſitum, ſicut dici ſolet: Dare inſtantiam, non eſt ſoluere argumentum. Sed tamen per inſtantiam refutatur aduerſarius, & à ſuo argumento quaſi depellitur. Nam oſtenditur argumentum ad ſuam probationem non ſufficere, aut nihil probare, Ideoq; admittendam eſſe diſtinctionem, aut aliam ſolutionem. Atq; eam ob cauſam plerunq; poſt datam inſtantiam ſolet addi alia ſolutio.

Sunt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Sunt autem tres fermè modi ſoluendi per inſtantiam.

Primus eſt, cum opponimus contrariam ſententiam ex eadem arte, aut exemplum contrarium & probabile. Vt:

Cultus Dei præferendus eſt dilectioni proximi.
Cæremonijs colitur Deus.
Ergo, Cæremoniæ ſunt præferendæ dilectioni proximi.

Reſpondetur per inſtantiam, opponendo contrariam ſententiam, Miſericordiam volo, & non ſacrificium. Poſtea additur explicatio, quod etiam dilectio proximi ſit cultus Dei ſuo modo, quia eſt obedientia, quam Deus requirit.

Secundus Modus eſt, cum eadem ratione conſequentiæ abſurdum infertur ex eo, quo aduerſarius ſuam ſententiam probauit. Vt:

Pij affliguntur.
Ergo, Non ſunt curæ Deo.

Reſpondeo per inſtantiam opponendo abſurdum eadem ratione conſequentiæ, Vt:

Chriſtus afflictus eſt.
Ergo, Chriſtus non fuit curæ Deo.
Item, Platonis argumentum.
Omne, quod ſeſe mouet, ſemper mouetur.

Anima ſeſe mouet.

Ergo, Anima ſemper mouetur.

In hoc Sophiſtico argumento nullam eſſe certitudinem probatur per inſtantiam.

Anima culicis ſeſe mouet.

Ergo, Semper mouetur,

Quod eſt abſurdum, Quærendæ ſunt itaq; veræ & certæ demonſtrationes immortalitatis animæ humanæ ex ſacra ſcriptura.

Tertius Modus eſt, quando fortior cauſa, ſeu ratio, ſeu argumentum fortius opponitur. Vt:

Deus eſt æternus.

Ergo, Mundus eſt æternus.

Reſpondeo opponendo argumentum fortius per inſtantiam. Scriptura dicit:

Mundum non eſſe æternum, ſed creatum in principio temporis.

Ergo, Non eſt æternus.

Ariſtoteles dicit:

Ex nihilo nihil fit.

Ergo, Mundus non eſt creatus ex nihilo.

Reſpondeo per inſtantiam, opponendo fortius argumentum ſeu fortiorem autoritatem.

Moſes affirmat mundum eſſe creatum ex nihilo.

Ergo, Mundus eſt creatus ex nihilo.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

ALIVD.

Artes contemnuntur.
Ergo, Non ſunt diſcendæ.
Reſpondeo per inſtantiam opponendo argumentum fortius.
Artes conſeruant ſocietatem humanam.
Ergo, Sunt diſcendæ.

DE FALLACIIS SEV ELENchis Sophiſticis.

Doctrina de Fallacijs non ideo traditur à Dialecticis, ut ſtudioſi inde diſcant Sophiſticen, hoc eſt, artem cauillatoriam decipiendi & mendacia ornandi, eaq; pro ueritate obtrudendi. Id enim ſtudium Sophiſtices prohibetur præcepto octauo. Et Syracides dicit: Qui loquitur Sophiſticen, odibilis eſt: Sed traditur doctrina de Fallacijs, ut diſcant ſtudioſi, quomodo Sophiſticorum argumentorum inſidias, fallacias & deceptiones cauere, & refutare debeant, ne Sophiſtica argumentorum ſpecie decepti, falſis pro ueris aſſentiantur. Non enim uitatur malum niſi cognitum. Pertinet itaq; hæc pars ultima Dialectices de Fallacijs, ad doctrinam de ſolutione argumentorum Sophiſticorum, eamq; aliquot locis ſeu titulis ingenioſè comprehenſam proponit. Ariſtoteles tractatum de

Fal-

Fallacijs appellat de Elenchis ſophiſticis. Alij vocant de ſyllogiſmo Sophiſtico.

Eſt autem Syllogiſmus ſophiſticus ſeu argumentatio Sophiſtica, quando ſub ſpecie bona latet fallacia inſidioſa, vt imprudentes fallantur ſeu decipiantur.

DE QVADRVPLICI diſputatione.

Quatuor ſunt diſputationum ſpecies: Doctrinales, Dialectica, Tentatiuæ & Litigioſæ.

Doctrinalis vocatur, cum ex proprijs cuiusq; artis ſeu ſcientiæ principijs, veritas & certitudo colligitur, vt cum Magiſter diſcipulum docet, quid in quaq; doctrina ſeu arte ſit certum & verum. Huius inſtrumentum vocatur Syllogiſmus demonſtratiuus.

Dialectica diſputatio in hac diſtinctione vocatur, cum de propoſitione aliqua diſputabili argumenta contraria adducuntur in vtramq; partem, vt ex eorum collatione inquiratur ſententia vera, ſeu magis probabilis, Huius inſtrumentum vocatur vſitatè ſyllogiſmus Dialecticus.

Tentatiua diſputatio eſt, cum periculum fit de doctrina ſeu eruditione reſpondentis. Huius inſtrumentum vocatur Syllogiſmus Ten-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

tatiuus, qui etſi aliquando cum Dialectico, plerumq́ vero cum Sophiſtico ſeu Litigioſo conuenit, tamen fine differt. Tentatiui enim finis eſt, vt eruditio reſpondentis tentetur & probetur, Sophiſtici & Litigioſi, vt decipiatur.

Litigioſa ſeu Sophiſtica diſputatio eſt, cum ſtruuntur reſpondenti inſidiæ in argumentando, vt bona ſpecie, quæ inſidioſè fallaciam tegit, decipiatur. Huius inſtrumentum vocatur Syllogiſmus ſophiſticus, qui imprudenti apparet eſſe bonus, ſed tamen non eſt bonus, propterea, quod inſidioſe vitium, tanquam monſtrum alit & tegit.

DE QVINQVE METIS IN diſputatione litigioſa.

Quinq́ ſunt metæ, ad quas litigioſi diſputatores ſe inuicem adigere conantur. Redargutio, Falſum, Inopinabile, Solæciſmus & Nugatio.

I. Meta Redargutionis eſt, quando aliquis cogitur vi argumentationis ſemetipſum redarguere, hoc eſt, affirmare illud, quod prius negauerat, aut negare illud, quod prius affirmauerat.

II. Meta Falſi eſt, quando aliquis vi argumenti cogitur admittere aliquid, quod manifeſtè falſum eſt.

Meta

Meta Inopinabilis eſt, cum aliquis vi argumenti cogitur illud affirmare vel concedere, quod, licet non ſit manifeſtè falſum, tamen apud illos, qui adſunt diſputationi, habetur pro falſo, aut pro non probabili, quia cum communi opinione pugnat. Ideoq; iudicatur abſurdum. Poteſt itaq; meta Abſurdi vocari. III.

Meta Solæciſmi eſt, quando aliquis vi argumenti cogitur admittere propoſitionem, in qua eſt Solæciſmus. IIII.

Meta Nugationis eſt, quando aliquis vi argumenti cogitur ad eiuſdem Orationis, ſeu eorundem verborum inanem, ineptam & ridiculam repetitionem. Poteſt vocari etiam meta Cocciſmi. V.

QVID SIT FALLACIA ET quotuplex.

Fallacia eſt deceptio in argumento, quæ ſpecie aliqua veri inſidiatur auditori vel lectori: à Rhetoribus vocatur Cauillatio.

Sunt autem fallaciæ duplices. Aliæ ſunt fallaciæ in dictione, ſeu fallaciæ dictionis, vel fallaciæ verborum & ſermonis, ſcilicet, cum deceptio eſt in vocabulis, phraſi, aut ſermone. Aliæ ſunt fallaciæ extra dictionem ſeu fallaciæ rerum, quando deceptio ſeu inſidiæ latent in ipſis rebus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Fallaciæ dictionis ſunt ſex.

I. Æquiuocatio.
II. Amphibolia.
III. Compoſitio &
IIII. Diuiſio.
V. Figura dictionis.
VI. Accentus: Quæ omnes vno titulo ambiguitatis comprehendi poſſunt.

Fallaciæ extra Dictionem, ſeu rerum ſunt ſeptem.

I. Fallacia accidentis.
II. Fallacia à dicto ſecundum quid ad dictum ſimpliciter.
III. Secundum non cauſam, vt cauſam.
IIII. Fallacia conſequentis.
V. Fallacia ſecundum plures interrogationes.
VI. Petitio principij.
VII. Ignoratio Elenchi.

Fallaciarum tituli etiam vocantur loci Sophiſtici. Eſt autem locus Sophiſticus, index inueniendi fallaciam in argumento Sophiſtico, cuius fallaciæ oſtenſione, argumentū reijcitur.

DE ÆQVIVOCATIONE.

Æquiuocationis fallacia eſt, cum in vna voce, ſeu in illis vocibus, quæ vnam rem ſimplicem ſignificant, vel in vna phraſi, eſt ambiguitas,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

guitas, hoc eſt, diuerſa ſignificatio, tunc negari debet conſequentia propter fallaciam æquiuocationis, & poſt negationem debet monſtrari æquiuocum, & illud diſtingui, vt appareat propter æquiuocationem eſſe quatuor terminos in Syllogiſmo, Vt:

Brachium eſt res corporea.
Deus habet brachium.
Ergo, Deus eſt corporeus.

Reſpondeo, Nego conſequentiam. Quia eſt fallacia æquiuocationis, faciens quatuor terminos in Syllogiſmo. Nam brachium in maiore ſignificat propriè membrum humani corporis. In minore ſignificat Metaphoricè potentiam.

ALIVD.

Homo loquitur.
Hæc ſtatua eſt homo.
Ergo, Hæc ſtatua loquitur.

Nego conſequentiam, Quia eſt fallacia æquiuocationis. Nam homo in maiore ſignificat humanam ſubſtantiam, In minore ſignificat tantum effigiem humanam.

EXEMPLA DE ENTHImemate.

Cùm in Enthimemate eſt vocabulum, ſeu phraſis æquiuoca, vel ambigua, tunc etiam ne-

gatur conſequentia, & breuitatis cauſa mox monſtratur & diſtinguitur æquiuocum, cuius diuerſa ſignificatio facit, vt aliud ſit in conſequente, quàm antecedens permittit, vt ſcriptum eſt:

Oculi Domini ſuper iuſtos.

Ergo, Deus habet oculos corporeos.

Reſpondeo, Nego conſequentiam, Quia eſt fallacia æquiuocationis, quæ facit, vt aliud ſit in conſequente, quàm antecedens permittit, ſeu quàm eſt in antecedente. Nam in antecedente Oculus ſignificat Metaphoricè paternam curam Dei. In conſequente ſignificat membrũ corporis ſeu corporeum inſtrumentum viſus.

Paulus dicit: Deus habitat in Chriſto σωματικῶς.

Ergo, Deus habet corpus.

Nego conſequentiam, Quia propter fallaciam æquiuocationis aliud eſt in conſequente, quàm in antecedente, ſeu quàm antecedens permittit. Nam σῶμα ſignificat & corpus & perſonam, & eſſentiam ſubſiſtentem. Itaq; σωματικῶς & corporaliter & perſonaliter, & eſſentialiter ſignificat.

ALIVD.

Papa Clemens ex 13. cap. ad Romanos ita argumentatur Sophiſticè.

Quæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Quæ ſunt poteſtates, à Deo ordinatæ ſunt.
Ergo, Deus Papam poſuit ſuper Cæſarem.

Nego conſequentiam, Quia propter æquiuocationem aliud eſt in conſequente, quàm antecedens permittit. Nam phraſis in antecedente ſignificat iuxta Paulum poteſtates à Deo conſtitutas eſſe.

ADMONITIO DE MOdis æquiuocationis.

Fallaciæ æquiuocationis ſunt tres Modi.

Primus Modus eſt, quando vocabulum æquiuocum habet diuerſas ſignificationes in ſermone proprio, abſq; figura. Vt:

Lupus vorat oues.
Hic piſcis eſt lupus.
Ergo, Hic piſcis vorat oues.

Nego conſequentiam, Quia eſt fallacia æquiuocationis, faciens quatuor terminos. Nam lupus in maiore ſignificat lupum ſylueſtrem. In minore ſignificat lupum marinum.

ALIVD.

Quidquid currit, viuit.
Aqua currit.
Ergo, Aqua viuit.

Nego conſequentiam, Quia propter fallaciam æquiuocationis ſunt quatuor termini. In

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

maiore enim currere ſignificat pedibus currere, vt animalia currunt, In minore ſignificat fluere ſeu moueri.

Item.

Non eſt malum in ciuitate, quod non fecit Dominus.

Peccata ſunt mala in ciuitate.

Ergo, Dominus fecit peccata.

Nego conſequentiam, quia eſt fallacia æquiuocationis, faciens quatuor terminos. Nam malum in maiore ſignificat malum pœnæ, in minore ſignificat malum culpæ.

ALIVD.

Dilectio implet legem.

Paulus diligit.

Ergo, Paulus implet legem.

Nego conſequentiam, quia eſt fallacia æquiuocationis, faciens quatuor terminos. Dilectio enim in maiore ſignificat Ideam perfectam ſecundum legem. Verbum diligit in minore loquitur de exemplo imperfecto.

ALIVD.

Quicquid eſt in hoc vaſe, eſt vinum.

Color eſt in hoc vaſe.

Ergo, Color eſt vinum.

Nego conſequentiam, Quia eſt fallacia æquiuocationis, nam phraſis, eſſe in, eſt æquiuoca, habens diuerſas ſignificationes.

Secun-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

2 Secundus Modus eſt, quando æquiuocatio eſt propter figuram. Vt:

Lupus eſt animal irrationale, quadrupes, ſylueſtre.

Tyrannus eſt lupus.

Ergo, Tyrannus eſt animal irrationale, quadrupes, ſylueſtre.

Nego conſequentiam, quia propter fallaciam æquiuocationis ſunt quatuor termini. Nam lupus in maiore ſignificat propriè, in minore metaphoricè. Aliter reſpõdetur, Nego conſequentiam, quia mutatur genus prædicandi.

3 Tertius Modus, quando vna vox ſeu phraſis, in alia doctrina ſeu arte accipit aliam ſignificationem, Vt:

Noticia non iuſtificat, ſeu non eſt iuſticia.

Fides eſt noticia.

Ergo, Fides non iuſtificat.

Nego conſequentiam, quia eſt fallacia æquiuocationis. Nam Eſaias cap 53. & Chriſtus Iohannis 13. vocantes fidem noticiam: non loquuntur tantum de noticia hiſtorica, ſed complectuntur noticiam cum fiducia.

ALIVD.

Quicquid auget peccatũ, non eſt docendũ.

Paulus dicit Quod lex augeat peccatum.

Ergo, Lex non eſt docenda.

Ne-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Nego conſequentiam, propter fallaciam æquiuocationis, Quia in maiore phraſis, augere peccatum, eſt ſignificatio vſitata. In minore eſt ſignificatio Theologica. Lex auget peccatum, id eſt, cognitionem peccati in conſcientia, quæ agnitio eſt neceſſaria in pœnitentia.

ALIVD.

Verbum eſt vox euaneſcens.
Filius Dei eſt Verbum.
Ergo, Filius Dei, eſt vox euaneſcens.

Nego conſequentiam, quia eſt fallacia æquiuocationis. Nam in maiore eſt communis & vſitata ſignificatio verbi. In minore eſt ſignificatio Euangelica, & ſingularis, pertinens ad doctrinam de Trinitate, in qua λόγος ſeu Verbum ſignificat perſonã ſecundam Diuinitatis, videlicet filium Dei, Eſſentialem imaginem Patris, per quem omnia facta ſunt.

ALIVD.

Litigare eſt prohibitum.
Qui in iudicio cauſam agunt, litigant.
Ergo, Cauſas agere in Iudicio, eſt prohibitum.

Nego conſequentiam, quia eſt fallacia æquiuocationis. Nam in maiore litigare ſignificat rixari. In minori ſignificat phraſi forenſi, diſputare coram Iudice.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

ALIVD.

Iuſtitia in ſeſe virtutes continet omnes.
Ergo, Sumus coram Deo iuſti virtutibus.
Nego conſequentiam, quia aliud eſt in conſequente, quàm in antecedente propter fallaciam æquiuocationis. Nam iuſticia in antecedente ſignificat Iuſticiam Philoſophicam, ſeu Moralem. Conſequens vero loquitur de iuſticia fidei.

DE AMPHIBOLOGIA.

Fallacia Amphibologiæ eſt, cum tota oratio eſt ambigua, hoc eſt, talis vt variè poſſit intelligi aut exponi. Huius fallaciæ argumenta ſoluuntur negando conſequentiam, vel quia ſunt quatuor termini, videlicet cum pro medio ponitur Amphibolon, vel quia plus ſeu aliud eſt in concluſione, quàm in præmiſſis, videlicet cum Amphibolon non ponitur pro Medio ſeu pro alio termino: Et in Enthimemate, quia aliud eſt in conſequente, quàm in antecedente, vel quàm antecedens permittit, ſi rectè intelligatur. Deinde addenda eſt diſtinctio ſeu inſtantia. Huius fallaciæ exempla poſſunt quatuor modis comprehendi.

Primus Modus eſt, quando communi vſu loquendi oratio varia ſignificat, pari ratione, vt:

Li-

Liber Ciceronis eſt, quem Cicero poßidet.
Hic eſt liber Ciceronis.
Ergo, Hunc librum poßidet Cicero.

Nego conſequentiam, quia eſt fallacia amphibologiæ, faciens quatuor terminos. Nam in maiore ſignificat liber Ciceronis, quem Cicero poßidet. In minore, quem Cicero ſcripſit.

ALIVD.

Perdet Crœſus Halim transgreſſus plurima regna.
Hinc argumentatur Crœſus.
Ergo, Transgreſſus Halim, euertam regna multa.

Nego conſequentiam, quia eſt fallacia Amphibologiæ, propter quam aliud eſt in conſequente, quàm antecedens permittit. Nam Oraculum in antecedente non loquitur de euerſione regnorum, ſed de amißione. Id eſt, Crœſus amittet plurima regna. Hoc exemplum poteſt etiam ad præcedentem fallaciam referri, quia eſt phraſis æquiuoca perdere regnum pro amittere, vel euertere regnum.

Secundus Modus eſt, cum oratio plura ſignificat, diuerſa ratione, hoc eſt, aliàs propriè, aliàs propter figuram. Vt:

Quisquis arat littus, terram proſcindit aratro.

Fru-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Fruſtra laborans arat littus.

Ergo, Fruſtra laborans proſcindit terram aratro.

Nego conſequentiam, propter fallaciam Amphibologiæ. Nam arare littus in maiore, ſignificat propriè, In minore ſignificat Metaphoricè. Poteſt etiam hoc ad præcedentem fallaciam referri.

ALIVD.

Quæ dicis, ſunt verba.

Dicis Cæſarem viciſſe Pompeium.

Ergo, Cæſarem viciſſe Pompeium, verba ſunt.

Nego conſequentiam, quia propter Amphibologiam, plus ſeu aliud eſt in concluſione quàm in præmiſsis. Nam, ſunt verba, in maiore ſignificat ſimpliciter, In minore prouerbialiter: Verba ſunt, id eſt, falſum eſt.

Tertius Modus eſt, Quando mutatio caſus, aut diuerſa conſtructio, ſeu figura conſtructionis, parit diuerſas ſententias. Vt:

Quod Iohannes videt, hoc videt.

Iohannes videt lapidem.

Ergo, Lapis videt.

Nego conſequentiam, quia propter fallaciam Amphibologiæ, ſeu mutationem caſus, aliud eſt in concluſione, quàm in præmiſsis.

Nam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Nam in maiore, videt, conſtruitur cum accuſatiuo, hoc videt, id eſt, hanc rem videt. In concluſione vero fit mutatio caſus, Nam videt, conſtruitur cum Nominatiuo. Ergo lapis videt. Talia exempla, in quibus eſt mutatio caſus, etiam ad figuram dictionis referri poſſunt.

ALIVD.

Pyrrhus ita argumentatur ex Oraculo:
Aio te Æiacida Romanos vincere poſſe.
Ego Pyrrhus ſum Æiacides.
Ergo, Ego vincam Romanos.

Nego conſequentiam, quia eſt fallacia amphibologiæ, propter diuerſam conſtructionem, quæ facit, vt aliud ſit in concluſione, quàm in præmiſſis, ſicut euentus docuit. Nam Romani vicerunt Pyrrhum. Huc pertinet etiam hoc exemplum, quod tamen etiam ad figuram dictionis poteſt referri.

Saluabitur mulier per liberorum generationem, ſi permanſerint in fide.
Ergo, Mater per filij fidem ſaluatur, & per filij incredulitatem damnatur.

Nego conſequentiam, Quia propter figuram Syntheſin, plus ſeu aliud eſt in cõſequente, quàm antecedens permittit. Nam antecedens ſic intelligendum eſt: Mulier ſaluabitur, ſi permanſerin

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

ſerint, ſcilicet ſi ſexus muliebris permanſerit, aut mulier ipſa permanſerit in fide.

Quartus Modus eſt, cum citatur inconcinnè aut calumnioſè aliquod dictum, non ſeruata propria ſententia autoris ſeu dicti, tunc neganda eſt conſequentia, & afferenda inſtantia ex eodem autore, ſeu eadem arte, vel diſtinctio & explicatio ex contextu orationis. Vt:

Hoc fac, & viues.

Ergo, Opera iuſtificant.

Nego conſequentiam, Quia eſt fallacia Amphibologiæ. Deinde per inſtantiam oppono alia clara dicta, de iuſtificatione fidei: Qui credit in Filium, habet vitam æternam, & ſimilia.

ALIVD.

Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & Pater meus diliget eum.

Sed nemo ſeruet ſermonem Dei, qua nemo legi Dei ſatisfacit.

Ergo, Nemo diligitur à Patre.

Nego conſequentiam propter fallaciam Amphibologiæ, quæ facit quatuor terminos. Deinde addo diſtinctionem, videlicet, Maior loquitur de ſermone Euangelij, Minor loquitur de lege.

ALIVD.

Vniuerſa delicta tegit charitas.

Ergo, Propter charitatem remittuntur peccata.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Nego conſequentiam, quia eſt fallacia ambiguitatis, ſeu malæ citationis in ſententia impropria, quæ facit vt aliud ſit in conſequente, quàm antecedens rectè intellectum permittit. Nam antecedens loquitur de tolerantia errorum in vitæ conuerſatione inter homines, non loquitur de remißione peccatorum coràm Deo.

ALIVD.

Scriptum eſt: Voluntariè ſacrificabo tibi.
Ergo, Placent Deo ſacrificia ſine verbo electa.

Nego conſequentiam, Quia eſt fallacia Amphibologiæ: Citatur enim dictum in ſententia impropria, vera enim ſententia dicti eſt, Voluntariè ſacrificabo, id eſt ex vero motu Spiritus ſancti, ſicut Pſal. 10 dicitur: Populus tuus erit ſpontaneus. Simile eſt & hoc exemplum.

Neſcit homo: Vtrum odio an amore dignus ſit?
Ergo, ſemper dubitandū eſt de gratia Dei.

Nego conſequentiam, propter fallaciam Amphibologiæ, quæ facit, vt aliud ſit in conſequente, quàm antecedens rectè intellectum permittit. Nam in antecedente fit citatio inconcinna iuxta ſententiam impropriam. Ideo poſtea addenda eſt recta interpretatio dicti ex ipſo contextu.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

DE FALLACIA COMPOSI-tionis & Diuiſionis.

Fallaciæ Compoſitionis & Diuiſionis ſunt, quando ambiguitas oritur ex compoſitione eorum, quæ non erant iungenda, aut ex diuulſione eorum, quæ oportuit iungi. Solent autem hæ duæ fallaciæ coniungi, quia vna cognita, altera quoq; cognoſcitur. Eſt autem compoſitio, cum à ſenſu diuiſo vero, ad ſenſum compoſitũ falſum procedimus. Diuiſio eſt, quando contra à ſenſu compoſito vero, ad ſenſum diuiſum falſum procedimus. Itaq; fallacia compoſitionis & diuiſionis, vt dixi, vocatur, quoties diuidenda iunguntur, aut iungenda diuiduntur: Vel cum ipſa Oratio ambigua eſt, propterea, quod Modus aut determinatio, nunc huic, nunc illi parti adijcitur in argumentatione. Exempla autem quinq; modis comprehendi poſſunt.

Primus Modus eſt, Cùm à ſenſu diuiſo ad compoſitum proceditur, id eſt, cum Medium primo intelligitur diuiſum, poſtea intelligitur compoſitum, tunc negatur conſequentia propter quatuor terminos, & additur ratio per diſtinctionem. Vt:

Qui habet aureos decem & viginti, & triginta, ille habet aureos ſexaginta.

Sed qui habet aureos triginta, ille habet au-

reos decem & viginti & triginta.

Ergo, Qui habet aureos triginta, ille habet ſexaginta.

Nego conſequentiam. quia eſt fallacia compoſitionis, proceditur .n. à ſenſu diuiſo, ad ſenſum compoſitum. Aliud.

Duo & tria ſunt paria & imparia.

Quinq; ſunt duo & tria.

Ergo, Quinq; ſunt paria & imparia.

Reſpondeo, Nego conſequentiam, propter fallaciam compoſitionis. fit enim proceſſus à ſenſu diuiſo, ad ſenſum compoſitũ. In maiore enim eſt ſenſus diuiſus, In minore compoſitus.

Secundus Modus eſt, Cum à compoſito ſenſu, ad ſenſum diuiſum proceditur, id eſt, Cùm Medium primo intelligitur compoſitum, poſtea diuiſum, tunc eodem modo negatur conſequentia, propter quatuor terminos. Vt:

Qui habet triginta aureos, ille habet decem & viginti, & triginta.

Qui habet quadraginta aureos, non habet decem & viginti, & triginta aureos.

Ergo, Qui habet quadraginta aureos, ille non habet triginta aureos.

Nego conſequentiam, Quia eſt fallacia compoſitionis & diuiſionis. Nam in maiore eſt compoſitio, In minore diuiſio, Itaq; ſunt quatuor termini.

Tale

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Tale eſt hoc.

Omnes ſapientes Græciæ ſunt ſeptem.
Solon et Periander ſunt ſapientes Græciæ.
Ergo, Solon & Periander ſunt ſeptem.

Nego conſequentiam, Quia eſt fallacia diuiſionis. Nam maior loquitur de ſenſu compoſito, In minore fit ſubſumptio per diuiſionem. Nam Solon & Periander ſunt duo de illis ſeptem.

ALIVD.

In Arca Noæ fuerunt octo animæ.
In Arca Noæ fuit Noæ & vxor eius.
Ergo, Noæ & vxor eius, ſunt octo animæ.

Reſpondeo, Nego conſequentiam, quia fallacia compoſitionis & diuiſionis ambiguitatem facit.

Tertius Modus eſt, Quando modus ſeu determinatio, nunc huic, nunc illi parti additur, tunc etiam negatur conſequentia, quia illa transmutatio modi ſeu determinationis, ambiguitatem parit propter quam, aut ſunt quatuor termini, aut plus eſt, ſeu aliud in concluſione, quàm in præmiſſis, Vt:

Fides ſine operibus iuſtificat.
Fides ſine operibus eſt mortua.
Ergo, Mortua fides iuſtificat.

Nego conſequentiam, Quia eſt fallacia compoſitionis & diuiſionis, faciens quatuor terminos. Nam determinatio ſine operibus,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

in maiore adhæret prædicato, in minore ſubiecto. ALIVD.

Sola fides iuſtificat.

Sola fides nunquam eſt.

Ergo id, quod nunquam eſt, iuſtificat.

Nego conſequentiam, propter fallaciam compoſitionis & diuiſionis, quæ facit quatuor terminos. Nam vox Sola, in maiore pertinet ad prædicatum, fides iuſtificat ſola, id eſt, Ita vt omnes virtutes excludantur à cauſa iuſtificationis, vel fides iuſtificat ſola, id eſt, fides iuſtificat ſine operib. In minore vero refertur vox Sola ad ſubiectum, Fides ſola, id eſt, Quæ ſit ſine fructibus. ALIVD.

Tale eſt vetus Græcum exemplum.

Quicquid eſt in mea domo, eſt in oppido.

Vnicus fons eſt in mea domo.

Ergo, Vnicus fons eſt in oppido.

Nego conſequentiam, Quia ambiguitas eſt in compoſitione particulæ, vnicus, quæ non debet referri ad prædicatum, in oppido. Sed hæc concluſio ſequitur: Ergo & hic fons, qui vnicus eſt in mea domo, ſimul eſt in oppido, Plus ergo eſt in concluſione, quàm in præmiſſis, propter fallaciam compoſitionis.

Quartus Modus eſt, Cùm citatur ſententia authoris imperfecta, quam fallaciam, ſolent Iureconſulti Calumniam vocare.

Quin-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Quintus Modus eſt, Cùm coniunguntur voces, quæ ſunt diſtinguendæ.

Exempla duorum modorum poſtremorum.

Paulus dicit: Imitatores mei eſtote.

Ergo, Debemus omnia opera ſanctorum imitari.

Nego conſequentiam, Nam citatur imperfecta ſententia, & eſt fallacia diuiſionis. Nam Paulus ſic inquit: Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti.

ALIVD.

Euangeliſta Iohannes dicit, Capite 1. Sine ipſo factum eſt nihil.

Ergo, Deus eſt author peccati.

Nego conſequentiam, Quia eſt fallacia diuiſionis, citatur enim imperfecta ſententia. Integra ſententia enim hæc eſt: Sine ipſo factũ eſt nihil, quod factum eſt. Hæc autem clauſula: Quod factum eſt, ideo additur, vt res creatæ à peccato diſtinguantur.

Simile eſt hoc exemplum in hiſtorijs Eccleſiaſticis.

Serapion Seueriano non aſſurrexit, ideo dixit Seuerianus: Si Serapion Chriſtianus eſt, tunc Chriſtus non eſt homo mortuus. Serapion itaque per fallaciam diuiſionis accuſauit Seuerianum apud Chryſoſtomum, quod eſſet Hæreticus. Argumentum accuſationis tale eſt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Seuerianus dixit: Chriſtus non eſt homo mortuus.

Ergo, Seuerianus eſt Hæreticus.

Nego conſequentiam, Quia eſt fallacia diuiſionis. Iureconſulti dicunt: Nego conſequentiam, quia eſt calumnia, pertinet itaq; ad hanc fallaciam dictum Iureconſultorum: Calumnia eſt, non citare integram legem. Item Calumnia eſt, non citare integram ſententiam, aut dictũ.

DE FIGVRA DICTIONIS.

Figuram dictionis vocat Ariſtoteles, quando argumentatio videtur bona, propter figuram, id eſt, propter ſimilitudinem dictionis cum alia, quæ ſimilitudo cauſa eſſe videtur, propter quam ei aliquid attribuendum ſit, quod attribui rectè non poteſt, Sed apud recentiores latius patet hæc fallacia. Cuius ſunt ſeptem Modi.

Primus Modus eſt. Quando figura ſeu ſimilitudo, eſt cauſa deceptionis, Vt:

Muſa eſt generis fœminini.

Ergo, Poeta eſt generis fœminini.

Nego conſequentiam, Quia eſt fallacia Figuræ dictionis, propter ſimilitudinem terminationis in A. Poſtea additur diſtinctio ex Regulis Grammaticalibus.

ALIVD.

Ama-

Amare ſignificat actionem.
Ergo, Vapulare ſignificat actionem.

Nego conſequentiam, quia eſt fallacia propter ſimilitudinem terminationis.

Tale videtur eſſe & illud.

Lignum eſt in prædicamento ſubſtantiæ.
Ergo, nauis eſt in prædicamento ſubſtantiæ.

Nego conſequentiam, Quia eſt fallacia figuræ dictionis, propter ſimilitudinem materiæ. Deinde additur diſtinctio ex regulis Dialecticis ex prædicamentis.

Secundus Modus eſt, Cùm συγκατηγορη-
ματων, *abuſus parit ambiguitatem, Vt:*

Abraham dicit: Nunquid iuſtum perdes cum impio?
Ergo, Deus eſt iniuſtus.

Nego conſequentiam, Quia antecedens eſt interrogatiuum, non affirmatiuum. Ideoq; aliud eſt in conſequente, quàm antecedens permittit.

Tertius Modus eſt, Quando mutatio caſus parit ambiguitatem. Vt:

Caſeus eſt nequam.
Tu es caſeum.
Ergo, Es nequam.

Nego conſequentiam, Quia eſt fallacia Figuræ dictionis. Nam in maiore Eſt ſubſtantiuum, cõſtruitur cum nominatiuo, In minore eſt actiuum ab Edo, conſtruitur cum accuſatiuo,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Hoc exemplum, vt ante dixi, poteſt etiam ad Amphibologiam referri.

Quartus modus eſt, Quando idem vocabulum, nunc ſignificatiuè ponitur, nunc τεχνικῶς, *id eſt, artificialiter. Vt:*

Animal eſt generis Neutri.
Homo eſt animal.
Ergo, Homo eſt generis Neutri.

ALIVD.

Homo eſt ſpecies.
Cicero eſt Homo.
Ergo, Cicero eſt Species.

Nego conſequentiam, Quia homo in maiore ponitur τεχνικῶς. *hoc eſt, ſecundum artem Dialecticam. In minore ponitur ſignificatiuè. Eſt itaq; fallacia figuræ dictionis faciens ambiguitatem.*

ALIVD.

Mus rodit caſeum.
Mus eſt ſyllaba.
Ergo, ſyllaba rodit caſeum.

Nego conſequentiam, Quia eſt fallacia Figuræ dictionis, faciens quatuor terminos. Nam Mus ponitur in maiore ſignificatiuè, In minore ponitur artificialiter.

Quintus modus eſt, Quando ſub termino diſtributiuo vnius prædicamenti, aut ſpeciei ſubſumitur terminus alterius prædicamenti, aut ſpeciei. Vt:

Quan-

Quantaſcunq; diuitias Iohannes habet, tantas etiam habet Petrus.

Sed Iohannes habet mille coronatos.

Ergo, Petrus etiam habet mille coronatos.

Nego conſequentiam, Quia fit ſubſumptio ſub alia ſpecie. Maior enim loquitur de quantitate diuitiarum, Minor tantum loquitur de numero, vnius ſpeciei Numiſmatis, id eſt, coronatorum.

Aliqui referunt huc & talia exempla, quæ etiam referri poſſunt ad fallaciam accidentis. Vt:

Quod heri tuus hoſpes emit, hoc tu hodie comediſti.

Sed crudas carnes heri emit tuus hoſpes.

Ergo, Tu hodie comediſti carnes crudas.

Nego conſequentiam, quia fit ſubſumptio ſub alia ſpecie. Maior enim loquitur de ſubſtantia. Minor principaliter loquitur de accidente, id eſt de cruditate, ſunt itaq; quatuor termini.

Sextus Modus eſt ἀκυρολογία. *ſeu abſurda & impropria locutio.*

Quicquid non amiſiſti, habes.

Mille daleros non amiſiſti.

Ergo, Mille daleros habes.

Nego conſequentiam, Quia fit ſubſumptio ſub alia ſpetie, propter fallaciam Figuræ dictionis. Nam ἀκυρολογία *in verbo, Amiſiſti*

facit

facit ambiguitatem. Significat enim hoc. Quicquid non amiſiſti, ſiue id adfuit, ſiue id non adfuit, ſequitur ergo falſa concluſio.

ALIVD.

Deus inquit: Ego indurabo cor Pharaonis.

Ergo, Deus eſt cauſa peccati.

Nego conſequentiam, Quia eſt ἀκυρολόγεια, *in verbo Indurabo, & ſignificat ſinam indureſcere. Talia exempla etiam poſſunt ad fallacias Æquiuocationis et Amphibologiæ referri. Nam illud obſeruare debent adoleſcentes, Sæpè vnum exemplum poſſe ad plures fallacias referri.*

Septimus modus, Nonnulli etiam huc referunt argumenta, in quibus genus prædicationis mutatur, de quibus exemplis dictum eſt in regulis conſequentiarum, & in Æquiuocatione & Amphibologia. Nam eò etiam referri poſſunt.

DE ACCENTV.

Hæc fallacia etiam partim Æquiuocationi, partim Amphibologiæ cognata eſt.

Fit enim deceptio per accentum, quando propter quantitatem Syllabæ, aut propter aſpirationem nunc additam, nunc ſubtractam, aut propter Diphthongum, dubiam & diuerſam ſig-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

ſignificationem habet dictio, aut quando diuerſus pronunciandi Modus ſeu Geſtus facit ambiguam ſententiam: Sunt itaq; præcipuè modi quatuor.

Primus modus eſt, quando mutatur Quantitas ſyllabæ. Vt:

Malum eſt vitandum.
Pomum eſt malum.
Ergo, Pomum eſt vitandum.

Nego conſequentiam, Quia eſt fallacia Accentus. Nam Malum in maiore habet primam breuem, In minore primam longam. Pertinet hoc exemplum etiam ad Æquiuocationem.

Simile eſt hoc:

Quidam indoctus Medicus legebat in Auicenna: Recipe carnes mali Medici, & inde mouebat diſputationem: Cur mali Medici carnes ſint ſalubriores carnib. boni Medici? Sed deceptio eſt in verbis, Mali Medici, id eſt, Pomi citrinati. Hoc exemplum ad Amphibologiam etiam referri poteſt, quia tota oratio, Carnes mali medici, eſt ambigua.

Secundus Modus eſt, Quando aſpiratio nunc addita, nunc ſubtracta, facit ambiguitatem. Vt:

In ara fiunt ſacra.
Hara eſt ſtabulum porcorum.
Ergo, Sacra fiunt in ſtabulo porcorum.

Nego

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Nego conſequentiam, Quia eſt fallacia accentus, ſeu fallacia æquiuocationis, faciens quatuor terminos.

Tertius Modus, quando Diphthongus mutat vocabulum, & facit ambiguitatem, Vt:

Equus eſt animal.
Iuſtus Iudex in conſilium adhibet æquum.
Ergo, Iuſtus Iudex adhibet animal in conſilium.

Nego conſequentiam, Quia Diphthongus in minore facit quatuor terminos.

Quartus Modus eſt, Quando modus pronunciandi ſeu geſtus orationis, facit diuerſam ſententiam ſeu ambiguitatem, Vt:

Paulus inquit: Nec guſtes, nec attingas, nec contrectes.

Ergo, à multis creaturis eſt abſtinendum, & per conſequens probatur à Paulo ieiunium Papiſticum.

Nego conſequentiam, Quia eſt fallacia accentus, In antecedente enim eſt Mimeſis, non eſt prohibitio Apoſtolica, quia Paulus recitatiuè ponit hæc dicta: Non attingas, non guſtes, non contrectes.

Tale eſt illud.

Chriſtus dicit: Dormite nunc, & requieſcite.

Ergo, Chriſtus probat ſecuritatem.

Nego

Nego conſequentiam, Quia eſt fallacia Accentus, faciens vt in conſequente aliud ſit, quàm antecedens permittit. Nam dictum Chriſti eſt Ironicum, ſeu in accedente eſt Ironia.

DE FALLACIIS EXTRA dictionem.

Dictum eſt duplices eſſe Fallacias, In dictione, & Extra dictionem. Fallaciæ in dictione recitatæ ſunt, ſequuntur itaq; fallaciæ extra dictionem, quæ ſunt deceptiones ſeu inſidiæ in rebus. Suntq; ſeptem.

I. Fallacia accidentis.
II. Fallacia à dicto ſecundum quid ad dictum ſimpliciter.
III. Fallacia ſecundum non cauſam, vt cauſam.
IIII. Fallacia conſequentis.
V. Fallacia ſecundum plures interrogationes.
VI. Fallacia petitionis principij.
VII. Fallacia ignorationis Elenchi.

DE FALLATIA ACCIdentis.

Fallacia accidentis eſt, quando error inde oritur, quod aliquid ſoli ſubſtantiæ conueniens tribuitur eius accidenti, aut cum accidentia non

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

non rectè iunguntur: aut cum ab euentu per accidens ratiocinamur, adeſſe aliquid per ſe, propter illud, tanquam veram cauſam.

Modi huius fallaciæ præcipuè ſunt quinq;.

Primus Modus, Cùm illud, quod ſoli ſubſtantiæ conuenit, tribuitur Sophiſticè accidenti.

Vt: Quicquid emiſti, comediſti.
Crudum emiſti.
Ergo, Crudum comediſti.

Nego conſequentiam, Quia eſt fallacia accidentis. Nam in maiore vocabulum, Quicquid, de ſubſtantia intelligitur. In minore vocabulum, crudum propriè ſignificat accidens ſubſtantiæ, hæc itaq; varietas facit malam conſequentiam.

ALIVD.

Penna volat.
In penna eſt leuitas.
Ergo, Leuitas volat.

Secundus modus eſt, quando peccatur contra regulam conſequentiæ, Ab eo, quod ineſt per ſe, ad aliud, quod per accidens accedit, non eſt bona conſequentia, Vt:

Temperantia eſt bona.
Febris adfert temperantiam.
Ergo, Febris eſt bona.

Nego conſequentiam, Quia eſt fallacia accidentis, ſeu quia à per ſe, ad per accidens, non valet conſequentia:

Alis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

ALIUD.

Nulla peccata ſunt facienda.
Iuſticia ciuilis in impijs eſt peccatum.
Ergo, Iuſticia ciuilis non eſt præſtanda.

Nego conſequentiam, Quia eſt fallacia accidentis. Nam in minore eſt confuſio rerum. Iuſticia enim ciuilis per ſe eſt res bona, & præcepta à Deo, ſed propter vitioſam perſonam deſunt aliquæ virtutes. Fiunt autem & hic quatuor termini. Nam peccatum in maiore ſignificat per ſe, & in minore peccatum per accidens.

ALIUD.

Homo eſt creatura Dei.
In homine eſt peccatum.
Ergo, Peccatum eſt creatura Dei.

Nego conſequentiam, Quia eſt fallacia accidentis, ſeu quia à per ſe, ad per accidens, non valet conſequentia.

Tertius Modus: Cùm duo accidentia, quæ diſsimili ratione, atq; ita, vt alterum non ſit alterius cauſa, aut effectus, aut officium, inſunt eidem ſubiecto, de ſe inuicem prædicantur. Vt:

Dauid eſt beatus.
Dauid eſt adulter.
Ergo, Adulteri ſunt beati.

Nego conſequentiam, Quia eſt fallacia accidentis. Duo enim accidentia, quæ in concluſione connectuntur, diſsimili ratione conueni-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

unt Dauidi, ſeu tribuuntur Dauidi in præmiſſis. Nec alterum eſt alterius cauſa, aut effectus, hoc eſt, adulterium Dauidis non eſt cauſa beatitudinis ipſius, neq́ beatitudo Dauidis eſt effectus adulterij ipſius.

ALIVD.

Petrus negauit Chriſtum,
Petrus fuit Apoſtolus,
Ergo, Apoſtolorum eſt negare Chriſtum.

Nego conſequentiam, quia eſt fallacia accidentis, Nam duo accidentia, quæ connectuntur in concluſione diſſimili ratione tribuuntur Petro in præmiſſis, ita vt alterum alterius nec cauſa, nec effectus, nec officium ſit, veruntamen talis argumentatio valet:

Petrus docuit Euangelium,
Petrus fuit Apoſtolus,
Ergo, Apoſtoli eſt docere Euangelium.

Valet conſequentia, quia accidentia, quæ coniunguntur in concluſione, eadem ratione tribuuntur Petro in præmiſſis, ita vt alterum ſit alterius officium.

Quartus modus, Quando à diuiſis ad coniuncta proceditur in illis, quæ natura non patitur coniungi. Vt:

Dauid eſt ruffus & eſt muſicus,
Ergo, eſt ruffus muſicus,

Item.

Epicte-

Epictetus eſt claudus, & eſt Philoſophus.
Ergo, eſt claudus Philoſophus.

Non valent conſequentiæ, quia eſt fallacia accidentis, ſeu quia à diuiſis ad coniuncta proceditur in illis, quæ natura non patitur coniungi.

Quintus Modus. Multa exempla Regulæ: Ab eſt tertij adiecti, ad eſt ſecundi adiecti non valet conſequentia in priuatiuis & Idæis, huc poſſunt referri. Vt:

Cicero eſt mortuus,
Ergo, Cicero eſt.

Item cum de præteritis accidentibus, ad præſentiam rei fit argumentatio, vt:

Cæſar eſt victor Pompeij,
Ergo, Cæſar eſt. vel:
Hiſtoriæ dicunt, quod Cæſar ſit victor Pompeij,
Ergo, hiſtoriæ dicunt, quod Cæſar ſit.

DE FALLACIA A DICTO *ſecundum Quid, ad dictum ſimpliciter.*

Fallacia à dicto ſecundum quid, ad dictũ ſimpliciter, committitur, quoties falſò tribuitur aut adimitur aliquid rei ſimpliciter cõſideratæ, quod in præmiſſis, ſeu in antecedente attributũ vel ademptum fuit cum aliqua conditione, ſeu

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

determinatione ſeu circumſtantia. Eſt enim dictum ſecundum quid, vox ſeu res ad certam circumſtantiam, ſeu conditionem, ſeu determinationem alligata. Dictum vero ſimpliciter eſt vox, ſeu res ſine circumſtantia, aut conditione aut determinatione intellecta.

Negatur conſequentia in hac fallacia: Aliquando ideo, quia plus eſt in concluſione, quàm in præmiſsis. Aliquando propter hanc regulam: Talia ſunt ſubiecta, qualia à prædicatis rectè intellectis, eſſe permittuntur. Aliquando propter regulam: Ab eſt tertij adiecti &c. Aliquando idcirco, quia peccatur contra doctrinam locorum, de genere & ſpecie, Item, de toto & partibus. Item, de diuiſione.

Modi præcipuè ſunt quinq;.

Primus Modus, Quando in præmiſsis ſeu antecedente ponitur conditio, ſeu determinatio, quæ in concluſione, aut conſequente omittitur. Vt: Incerta non habent demonſtrationes.

In Philoſophia multa ſunt incerta.

Ergo, Philoſophia non habet demonſtrationes.

Nego conſequentiam, Quia plus eſt in concluſione, quàm in præmiſsis, propter fallaciam à dicto ſecundum quid, ad dictum ſimpliciter. In Minore enim addita eſt determinatio per vocem: Multa, quæ omiſſa eſt in concluſione.

De-

Debebat autem vera concluſio talis eſſe cum determinatione: Ergo multa in Philoſophia non habent demonſtrationes.

ALIVD.

Nulla inordinata ſunt à Deo.

In natura & genere humano valde multa ſunt inordinata.

Ergo, Natvra & genus humanum non ſunt à Deo.

Nego conſequentiam, quia plus eſt in concluſione, quàm in præmiſſis, propter fallaciam à dicto ſecundum quid, ad dictum ſimpliciter. Minor enim loquitur ſecundum quid, hoc eſt, cum determinatione multorum inordinatorum, quæ ſunt in natura & genere humano. Concluſio vero loquitur ſimpliciter de natura & genere humano, hoc eſt, ſine determinatione.

ALIVD.

Euangelium improbat traditiones in Eccleſia conditas ab hominibus, quæ ſunt vitioſæ.

Ergo, Euangelium improbat traditiones omnes.

Nego conſequentiam, Quia plus eſt in conſequente, quàm antecedens rectè intellectum permittit. Nam antecedens loquitur ſecundum quid, de traditionibus vitioſis. Conſequens loquitur ſingulariter, de traditionibus omnibus,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

etiam illis, quæ pertinent ad bonum ordinem. Eſt itaq; fallacia, à dicto ſecundum quid, ad dictum ſimpliciter.

Secundus modus eſt, cum in antecedente additur prædicato conditio, ſeu circumſtantia ſeu determinatio, quæ in conſequente omittitur, vt:

Diuitiæ ſunt malæ luxui deditis,
Ergo, Diuitiæ ſunt malæ.

Nego conſequentiam, quia eſt Fallacia à dicto ſecundum quid, ad dictum ſimpliciter. Nam antecedens dicit, diuitias eſſe malas ſecundum quid, hoc eſt, luxui deditis, ſed conſequens dicit, Quod diuitiæ ſint malæ ſimpliciter. Plus eſt itaq; in conſequente, quàm antecedens permittit. Huc pertinent hæc exempla:

Hic eſt bonus Muſicus,
Ergo, Eſt bonus.

Non valet, quia in antecedente dicitur, quod ſit bonus ſecundum quid, hoc eſt, ratione artis Muſices. In conſequente dicitur, quod ſit bonus ſimpliciter, id eſt, Vir bonus. Oſtendit autem experientia, multos eſſe bonos artifices, qui non ſunt viri boni.

Item:

Imago eſt homo pictus,
Ergo, Imago eſt homo.

Non valet, quia in antecedente eſt di-

ctum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

ctum ſecundum quid, in conſequente dictum ſimpliciter.

Tertius Modus, quando Hyperbole aut Synechdoche non intellecta decipit, vt in verſu dicitur:

Vitam regit fortuna non ſapientia,
Ergo, Nullus eſt vſus ſapientiæ in
vita humana.

Nego conſequentiam, Quia eſt fallacia à dicto ſecundum quid, ad dictum ſimpliciter, faciens vt plus ſit in conſequente, quàm antecedens rectè intellectum permittit. Nam in antecedente eſt Hyperbole, quæ ſignificat ſæpè non reſpondere euentus bonis conſilijs.

ALIVD.

Stultorum plenus eſt Mundus,
Socrates fuit in Mundo.
Ergo, Socrates fuit ſtultus.

Nego conſequentiam, quia eſt fallacia à dicto ſecundum quid, ad dictum ſimpliciter, Maior enim eſt Hyperbole.

ALIVD.

Eccleſia non errat,
Phariſæi ſunt Eccleſia,
Ergo, non errant.

Nego conſequentiam, quia eſt fallacia à dicto ſecundum quid, ad dictum ſimpliciter.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Maior enim eſt Synechdoche, ſignificans ſemper aliquos eſſe, qui non errant, ſed ſunt cuſtodes veræ doctrinæ, quantumuis pauci ſunt.

ALIVD.

Græci ſunt ſapientes.
Therſites fuit Græcus.
Ergo, Therſites fuit ſapiens.

Nego conſequentiam, Quia eſt fallacia à dicto ſecundum quid, ad dictum ſimpliciter. Nam maior aut eſt Hyperbole, aut Synechdoche. Aliter autem reſpondetur in regulis conſequentiarum: Nego conſequentiam. Quia ex puris particularibus nihil ſequitur. Nam maior eſt indefinita, valens tantum particularem.

Quartus Modus, Quando vera explicatio ſeu ſententia dicti tacitè includit certam determinationem, quæ in concluſione ſeu conſequente omittitur. Vt:

Iuſto non eſt lex poſita.
Credens in Chriſtum eſt iuſtus.
Ergo, Credentibus in Chriſtum non eſt proponenda doctrina legis.

Nego conſequentiam, Quia eſt fallacia à dicto ſecundum quid, ad dictum ſimpliciter. Nam dictum illud: Iuſto non eſt lex poſita, includit certam determinationem, quod iuſto non eſt lex poſita, hoc eſt, Iuſtus eſt liberatus à lege,

quod ad condemnationem attinet, ſed non quod attinet ad debitum obedientiæ.

Quintus Modus, quando pro inferiori vniuerſali, aut indiuiduo, aut parte, in concluſione, ſeu conſequente, ponitur ſuperius vniuerſale, aut ſpecies, aut totum, Vt.

Lex terret & occidit.

Ergo, Sacra ſcriptura eſt doctrina, afferens terrores & mortem.

Nego conſequentiam, Quia eſt fallacia à dicto ſecundum quid, ad dictum ſimpliciter, faciens vt plus ſit in concluſione, quàm antecedens permittit. Nam in antecedente ponitur pars, in conſequente totum.

DE FALLACIA SECVNDVM non cauſam, vt cauſam.

Ariſtoteles vocat fallaciam, ſecundum non cauſam, vt cauſam, quando falſitas illatæ concluſionis imputatur reſponſo opponentis, vel alicui præmiſſarum, quod tamen reſponſum ſeu quæ præmiſſa, non eſt cauſa falſitatis in concluſione. Fit autem hæc fallacia præcipuè in ſyllogiſmis ad impoßibile ducentibus, in quibus propter abſurdam & falſam concluſionem illatam, neceſſe eſt negare aliquam præmiſſarum.

Exemplum tale ſolet poni.

Interrogatus: Num anima & vita ſint

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

idem? ſi reſpondet affirmatiuè, contexitur talis fallacia:

Anima & vita ſunt idem, & generatio
& corruptio ſunt contraria,
Mors autem eſt corruptio,
Igitur vita eſt generatio, & viuere eſt
generari.

Concluſio hæc falſa eſt, Nam vita non eſt generatio, ſed generatio eſt motus ad vitam. Huius concluſionis falſitatem ſi quis ex dato reſponſo oriri putat, decipitur fallacia ſecundum non cauſam vt cauſam. Nos autem vſitatè vocamus fallaciam ſecundum non cauſam vt cauſam, quando deceptio fit prætextu alicuius cauſæ, quæ tamen reuera non eſt cauſa. Sicut Medici indocti ſæpe decipiuntur, exiſtimantes eſſe cauſam morbi eam, quæ cauſa morbi non eſt. Et ſic ignoratione cauſæ errant in tota medicatione. Ita fit hæc fallacia, quando cauſæ non rectè cum effectibus coniunguntur, aut non rectè accommodantur. Negatur conſequentia, et additur ratio ex Regulis, quæ ſuprà de cauſis ſunt recitatæ. Plærunq; etiam additur diſtinctio.

Modi etiam præcipui quinq; ſunt.

Primus modus, cum illa, quæ cauſa non eſt, pro cauſa ponitur, vt Lupus apud Æſopum ſic argumentatur:

Ouis bibit me bibente ex eodem flumine,

Ergo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Ergo ouis turbauit mihi aquam.

Nego conſequentiam, quia eſt fallacia ſecundum non cauſam, vt cauſam, & dicitur propriȷßimè Calumnia. Nam ouis bibit inferiore loco de flumine, Lupus ſuperiore, Ergo ouis non potuit turbare aquam lupo bibenti.

Secundus Modus, quando cauſa per accidens ponitur pro vera cauſa, vt:

Hic laborauit febri,

Ergo, hic factus eſt temperantior.

Item:

Multi audientes Euangelium, laxant frenum cupiditatibus.

Ergo, Euangelium eſt doctrina mala.

Nego conſequentiam, quia eſt fallacia ſecundum non cauſam, vt cauſam, Vitia enim hominum non à doctrina, ſed ab aliȷs cauſis oriuntur. Hoc exemplum etiam ad primum modum pertinet.

Tertius Modus, quando cauſa remota pro propinqua ponitur, aut minus principales, partiales, & non ſufficientes ponuntur, pro principalibus, totalibus aut ſufficientibus, vt:

Eſt intemperans,

Ergo, citò fiet Hydropicus.

ALIVD.

Socrates habuit malum temperamentum, aut malum poſitum ſyderum in figura Genethliaca. Ergo,

Ergo, Socrates fuit vitijs deditus.

Nego conſequentiam, Quia eſt fallacia ſecundum non cauſam, vt cauſam. Nam cauſæ remotæ, partiales & non ſufficientes ponuntur pro propinqua, totali & ſufficientibus.

Quartus Modus, Quando à voluntaria cauſa, ad neceſsitatem effectus fit argumentatio. Vt: Deus eſt æternus.

Ergo, Mundus eſt æternus.

Nego conſequentiam, Propter fallaciam, & addo Regulam ſupra de cauſis traditam. Quod voluntaria cauſa poteſt intermittere aut ſuſpendere actionem.

Quintus Modus, Quando à fine improprio ſeu abuſu, ad rei malitiam argumentamur, aut cum perſonæ vitia imputantur rei. Vt:

Ebrietas eſt mala.

Ergo, Vinum eſt malum.

Nego conſequentiam propter fallaciam ſecundum non cauſam, Fit enim argumentatio ab abuſu, ad rei malitiam.

ALIVD.

Superbia eſt mala.

Ergo, Diuitiæ ſunt malæ.

Nego conſequentiam, propter eandem rationem, nam ſuperbia ſequitur abuſum diuitiarum, non rectum vſum.

ALIVD.

De-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Defendere iniuſtas cauſas, eſt malum.

Ergo, Iuriſprudentia eſt mala.

Nego conſequentiam, propter Fallaciam eandem, & propter regulam: Ab abuſu, ad rei malitiam, non valet conſequentia.

Hi ſunt Modi præcipuè huius fallaciæ, & licet plures modi poſſent conſtitui, tamen illi petantur ex regulis cauſarum.

DE FALLACIA CONſequentis.

Fallacia conſequentis propriè committi dicitur, quoties propoſitionem, vel conſequentiam, conuerti poſſe putamus, quam tamen natura & Dialectica conuerti minimè patiuntur. Vt ſi quis omnes obtemperantes Magiſtratui, Chriſtianos eſſe putat, propterea quod omnes Chriſtiani Magiſtratui obtemperant. Non autem conuertitur hæc propoſitio.

Omnis Chriſtianus obtemperat Magiſtratui.

Ergo, Omnis obtemperans Magiſtratui, eſt Chriſtianus. Sicut in ſecundo libro de conuerſione dictum eſt, Itaq; veteres duos Modos poſuerunt huius fallaciæ.

Primus Modus eſt, Quando, vt antecedens ſequitur conſequens, Ita & ad conſequens ſequi putatur antecedens. Vt:

Si

Si homo eſt, animal eſt,
Ergo ſi animal eſt, homo eſt.

Nego conſequentiam, propter fallaciam conſequentis, quæ oritur ex mala conuerſione huius vniuerſalis propoſitionis: Omnis homo eſt animal, in vniuerſalem: Ergo omne animal eſt homo, cum tantùm debeat fieri conuerſio in particularem: Ergo quoddam animal eſt homo.

ALIVD.

Si Cometa eſt, lucet,
Ergo ſi lucet, eſt Cometa.

Nego conſequentiam, quia eſt fallacia conſequentis, quæ oritur ex mala conuerſione huius vniuerſalis propoſitionis affirmatiuæ: Omnis Cometa lucet, in affirmatiuam vniuerſalem: Ergo omne quod lucet, eſt Cometa, cum debeat fieri conuerſio in particularem: Ergo aliquid lucens eſt Cometa. non valet consequentia quia plus est in conclusione quam

Secundus modus eſt, quando, ſicut ex antecedente ſequitur conſequens, ita ex oppoſito antecedentis putatur ſequi oppoſitum conſequentis, vt:

Si homo non eſt, animal eſt,
Ergo ſi homo non eſt, animal non eſt.

Item:

Bonum eſt, à quo dicimur boni,

Ergo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Ergo bonum non eſt illud, à quo non dicimur boni. Et per conſequens pecunia non eſt bona, quia propter pecuniam nemo dicitur bonus.

Negatur conſequentia, & oſtenditur ratio fallaciæ.

Hos duos modos in hac fallacia recitant Veteres. Communiter autem ad hanc fallaciam referuntur argumenta, in quibus conſequentia pugnat cum Regulis conſequentiarum, hoc eſt, in quibus eſt mala conſequentia, quando alia fallacia non ſtatim perſpicitur. Negatur autem conſequentia, & additur Regula, cum qua pugnat argumentum, vt, Poßibile eſt Pompeium vincere Cæſarem, Ergo Pompeius vincet Cæſarem. Reſpondetur: Nego conſequentiam, quia à poßibili ad ineſſe non valet conſequentia.

DE FALLACIA SEcundum plures interrogationes.

Fallacia ſecundum plures interrogationes vt vnam, fit primò, quando imperiti & incauti ad interrogationem indiſtinctè reſpondent, ad quam cum diuiſione ſeu diſtinctione erat reſpondendum. Quarè facilè reducuntur in redargutionem, aut abſurditatem, vt ſi quis monſtratis duobus hominibus, altero cæco, altero non cæco, interroget: Suntne

ſunt ne iſti cæci? Tunc ſi reſpondens indiſtinctè dicat, Sunt cæci, argumentabitur alter ſic.

Iſte videt, & iſte eſt cæcus,

Ergo, videns eſt cæcus, vel cæcus videt.

Monet itaq; hæc fallacia diſtinctè reſpondendum eſſe: alter eſt cæcus, alter videt, Eodem modo ſi imperitus Theologus interrogetur, vtrum traditiones humanæ ſint impiæ & abolendæ? Ipſeq; indiſtinctè reſpondeat, eſſe impias & abolendas omnes, tunc ſic ducitur in abſurdum: Diſciplina & εὐταξία, in Eccleſia non conſeruantur ſine aliquibus traditionibus, ſeu conſtitutionibus humanis.

Itaq; diſciplina & εὐταξία non poſſunt conſeruari ſine impietate.

Debuit igitur reſponderi per diſtinctionem: Aliæ traditiones inſtitutæ ſunt, vt ſint immediatè cultus Dei, hæ ſunt impiæ & abolendæ, pugnant enim cum dicto: Fruſtra colunt me mandatis hominum: Aliæ pertinent ſine impietate ad conſeruationem ordinis, εὐταξίας & Diſciplinæ, hæ non ſunt impiæ per ſe.

Secundus Modus huius fallaciæ eſt, Quando ille, cum quo diſputatur, à propoſito in aliam vicinam quæſtionem abducitur, & cum proponitur argumentum impertinens, eo conſilio vt aduerſarius à ſcopo diſputationis in materiam alienam abducatur. Mo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Monet itaq; hæc fallacia, vt diſputans non permittat ſe à vero ſcopo abduci, aut aduerſarium à vero ſcopo ad alias materias digredi, aut plures quæſtiones commiſcere, ſicut fit in altercationibus & rixis.

DE PETITIONE principij.

Petito principij eſt, quando idem per ſe ipſum aut ignotum per æquè aut magis ignotum probatur, hoc eſt, quando id, quod probandum eſt, aſſumitur tanquam notum & probatum, vt ex illo aliud inferatur.

Eſt enim petere principium, idem ſeu æquè ignotum dicere, vulgò vocatur hæc fallacia ταυτολογία & κοκκισμος. Modi præcipui ſunt tres.

Primus Modus, quando idem repetitur, ſeu quando idem per idem probatur, ſiue ſeruatis iiſdem verbis, ſiue acceptis Synonymis & æquipollentibus, vt ſi quis hanc propoſitionem: Gladius eſt factus ad pernitiem hominum, tali argumento velit probare.

Enſis factus eſt ad pernitiem hominum,
Gladius eſt enſis.
Ergo, Gladim eſt factus ad pernitiem hominum,

Nego conſequentiam, quia eſt petitio principij, Nam eſt ταυτολογία ſeu κοκκισμος.

Secundus Modus, quando ignotum per æquè ignotum probatur, ſeu quando ſumitur aliquid, tanquam certum & notum, quod adhuc opus habet probatione. Vt ſi quis hanc propoſitionem: Pro mortuis eſſe orandum & ſacrificandum: ſic probet.

In purgatorio remittuntur peccata mortuis,
Igitur pro mortuis eſt orandum & ſacrificandum.

Nego conſequentiam, quia eſt petitio principij. Nam antecedens æquè incertum & falſum eſt, quàm conſequens.

Tertius Modus eſt, Quando citatur authoritas, quæ fallere poteſt, vt ſi quis hanc propoſitionem: Mundus eſt æternus, ita probet:

Ariſtoteles dixit: mundum eſſe æternum,
Ergo, mundus eſt æternus.

Neganda eſt ſimiliter conſequentia, & opponenda eſt firmior, & melior autoritas ſacræ ſcripturæ ſeu Spiritus ſancti.

Horatius
multa renaſcentur
quæ iam cecidere cadentq;

DE IGNORATIONE *Elenchi.*

Hæc fallacia iuxta Ariſtotelem committitur, quoties aliquis decipitur ab aduerſario,

rio, propterea, quod ignorat, aut non animaduertit, ſeu intelligit conditiones ſeu particulas, quæ neceſſariò requiruntur ad verum Elenchum, id eſt, ad ſyllogiſmum, aut aliam argumentationem. Sunt autem hæ conditiones, vt verba ſecundum eoſdem reſpectus & circumſtantias, vel ſecundum idem, ad idem ſimiliter, & de eodem tempore intelligantur. Itaq; ignoratio Elenchi propriè eſt, quoties ex his quatuor conditionibus aliqua negligitur, non animaduertente reſpondente. Poſſuntq; quatuor Modi huius fallaciæ conſtitui.

Primus Modus eſt, Quando non obſeruatur conditio ſeu particula, ſecundum idem. Vt:

Hoc lignum ſecundum longitudinem eſt duplum ad illud lignum, & ſecundum latitudinem non eſt duplum.
Ergo, Hoc lignum eſt duplum, & non eſt duplum ad illud lignum.

Item:

Plato ſcribit domi, & Plato non ſcribit foris.
Ergo, Plato ſcribit, & non ſcribit.

Secundus Modus eſt, Quando non obſeruatur reſpectus ad idem. Vt:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Quatuor ſunt duplum ad duo, & non ſunt duplum ad tria.

Ergo, Quatuor ſunt duplum & non ſunt duplum.

Item.

Æneas eſt pater Aſcanij, & non eſt pater Anchiſæ.

Ergo, Æneas eſt pater, & non eſt pater.

Tertius Modus eſt, Quando non obſeruatur particula, ſimiliter, Vt:

Iohannes currit velociter, & non currit neceſſariò.

Ergo, Currit & non currit.

Quartus Modus, Quando non ſeruatur reſpectus ad idem tempus, Vt:

Petrus ante duos annos non erat Muſicus. & ante annum erat Muſicus.

Ergo, Erat Muſicus, & non erat Muſicus.

In his omnibus eſt neganda conſequentia, propterea, quod eſt fallacia Ignorationis Elenchi, quia non ſeruatur idem aut ſimilis reſpectus.

Recentiores autem ad hanc fallaciam referunt omnes captioſas cauillationes, quæ ad alias fallacias non poſſunt referri, vt ſunt: Ἀντινομία. *Id eſt, Contrariæ ſententiæ, ſeu leges, quibus decipimur, propterea quod non conſideramus*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

ramus reſpectus ſeu circumſtantias, oſtendentes veram ſententiam.

Monet igitur hæc fallacia in ἀντινομίαις *conſideranda eſſe hæc quatuor, Vtrum dicantur ad idem, ſecundum idem, ſimiliter & de eodem tempore. Nam ſi harum aliqua conditio deeſſe intelligitur, Tunc ſoluuntur* ἀντινομίαι *ſeu conciliantur, Item,* ψευδόμενα. *Vt:*

Cœlum tegit omnia.

Ergo, Cœlum ſe quoq; tegit.

Hæc cauillatio vocatur ψευδόμενον, *quia communis ſenſus iudicat vniuerſalem in antecedente, reſtringi oportere ſeu excluſiuè intelligendam eſſe.*

Talis cauillatio eſt Anabaptiſtica.

Scortatores & adulteros puniet Dominus.

Ergo, Magiſtratus eos punire non debet.

Communis ſenſus iudicat antecedens non eſſe excluſiuè intelligendum, ſed incluſiuè, hoc eſt, ita vt etiam ordinatas pœnas Magiſtratuum includat.

ψευδόμενον *eſt etiam in hoc argumento.*

Cretenſes ſunt Mendaces.

Epimenides fuit Cretenſis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Ergo. Epimenides dicens: Cretenſes eſſe mendaces, eſt mentitus.
Ergo, Cretenſes ſunt veraces.
Ergo, Epimenides Cretenſis eſt verax.
Ergo, Verum eſt Cretenſes eſſe mendaces.
Ergo, Epimenides hoc dicens, mentitus eſt.
Sunt igitur Cretenſes veraces.

Hic quaſi circularis & infinitus ludus à Dialectico ſic explicatur. Hyperbole eſt in dicto: Cretenſes ſunt mendaces. Eſtq́ tantum indefinita particularis. Ex puris autem particularibus nihil ſequitur.

Item Αντίστρεφον.

Vocatur autem Αντίστρεφον *argumentum inuerſum, ſimile Dilemmati, latinè Reciprocum vocatur vt illud Gellianum:*

Non ducenda eſt vxor, quia ſi duces deformem, erit pœna, ſi formoſam, erit communis. Imo ducenda eſt vxor, quia ſi ducis deformem, non erit communis, ſi formoſam, erit grata.

Neganda eſt igitur conſequentia in priore parte, & hæc eſt ratio, quia illa accidentia non neceſſariò comitantur formam aut deformitatem.

Simile eſt illud Ariſtophanicum:

Va.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

Vapulat à patre filius, hic quærit cauſam: cur liceat patri verberare filium?

Reſpondet illi pater,

Pater benè vult filio,

Ergo, licet patri filium verberare.

Inuertit filius.

Filius benè vult patri,

Ergo, licet filio verberare patrem.

Nego conſequentiam, quia eſt diſſimilitudo. Non enim licita ſunt, quæ fiunt contrà leges. Vocari ſolet aliàs vitioſa complexio aut vitioſum Dilemma.

FINIS.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]

3 studia 5 [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] studio [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
ad [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et exaudiunt [illegible] [illegible]

vocabula sunt duplicia
Primae intentionis ut praedicamenta
Secundae intentionis praedicabilia

[illegible] [illegible] [illegible] continet
[illegible]



Ex scintilla [illegible] saepe oritur [illegible] [illegible] [illegible]
extinguere

ex scintilla minima quandoque ignis excitatur quem
postea extinguere homines nulli nequeant

[illegible] ex [illegible]

adjicere tollere concludere haec
tria vocabula in omnibus compositis syllogismis
observari debent

De Definitione vide Joannem Appel[illegible]
praestanti doctrina virum in metho: Dialecti-
cati opusculo sane aureo, juris prudentiae [illegible]
& studioso, nullo non tempore donec [illegible] [illegible]
cat versando

Hermaphroditus

2702.

...nc congregati sunt principes sacerdotum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2702 8° [14,-108]